UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Liber Bibliothecae Academicae
publicae Senkenbergianae.
Rep. No. 76.502

Bibl. Senk.
D. 85. D.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

I

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

II

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

GIEß. UNIVERSITÄTS-BIBL. MS 88

CANDIDIS LECTORIBUS, QUORUM IMPULSU, HAEC HISTORICA NARRATIO SUSCEPTA EST.

Quamvis viri doctissimi tam ligatâ, quàm solutâ oratione latinè germanicèque de furore anabaptistico, qui Monasterium, inclytam totius antiquæ Saxoniæ, hoc est, Westphaliæ Metropolim invasit, miserrimâque clade afflixit, satis diligenter, et accuratè perscripserint, tamen cum valdè multa ad ipsius principium, progressumque istius furoris pertinaciaque, aut ignorâ-

verant

verant gesta, aut deliramenta et somnia potius anilia ipsis visa sunt, praetermiserint; proinde me vobis, qui mihi auctores hujus scriptionis estis, rem gratam futurum putem, si ea quae ad hunc motam spectant, tum ac nondum publicata, quorum magnam partem ipse puer in urbe perpetrata vidi, partem scriptis ultro citroque aditis, qui huic negotio interfuerunt, quorumque fides narrando mihi suspecta non fuit, accepi, eo quo quaque acta sunt ordine describerem, non ut inde inanem titulum, et nominis splendorem arrogan-ter venerer, cum neque fugitivae gloriolae unquam appetens fuerim, neque id quo ea comparatur etsi maxime velim, praestare queam

quam: sed ut patriæ et posteritati inserviam, ne Reverendissimi in Christo Principis ac Domini Domini Francisci Veri Monasterii Præsulis de antiquâ et generosâ Comitum à Waldeck stirpe prognati, clarissima facta in refutandendâ et extirpandâ foedissimâ et crudelissimâ hæresi, quæ non modo Westphaliam, verum etiam totum fere Romanum Imperium conturbavit, prorsus obliterentur, et apud posteros oblivione deleantur, in cujus etiam optimi Principis laudem puerili carmine, hanc eandem historiam, sed imperfectam, puer adscripsi. Deinde ut immanitatem et turpitudinem anabaptistici furoris patefactam,

perditamque omnes viri boni
fugiant et aversentur, ut alium
enim non niji cognitum vitamus,
hinc ut Magistratus tam civi-
vis hanc miserandam rerum
anabaptisticarum faciem ejus
causas prudenter contempletur
accurateque expendat, quan-
tam clademReipublicæ tran-
quilitati, officii sui neglectus
afferat, nam hujus asperrimi
motus exemplo edoctus futu-
ris obviam ire expeditius pote-
rit, ut nascentis cujuslibet
mali scintillas protinus aut
dissipet, aut reprimat, extin-
guatque, nein bonorum o-
mnium exitium adhibito
fomente excitentur, ac
tandem in horrendum ignem,

quem

quem totum etiam Imperium
restinguere non possit, excrescant,
postremò, ut dationibus hæc ca-
dem uberiore cum fructu aliog-
dimatione scribendi offeratur
occasio.

Multa quidem hic à me scri-
pta cordationi posteritati vide-
rentur vana, ficta, fabulosaque
nec serio, sed quasi per jocum
in scenâ ab histrionibus perso-
natis acta, ut in Comediis, et
tragediis publicè exhibendis
fieri consuevit, nisi hæ nostrâ
ætate gestarum rerum super-
essent testes adhuc plurimi,
qui vidissent, et magno suo
malo interfuissent, quorum
testimoniis per omnia inter
se consentientibus plurimum
authoritatis et fidei meritò
tribuendum est; testes sunt

omnes

omnes boni cives et incolæ urbis
Monasteriensis, qui partim spon-
taneum, partim coactum exili-
um, cum omni bonorum suorum
jactura perpeti maluerunt,
quàm anabaptistico furore
sese miscere; testantur mœnia,
super vera reserva novæ urbis
munitiones, templorum dire-
ptiones, turrium in templa
dejectiones, earum omnium
tam publicarum, quàm pri-
vatarum deperditiones, et
varia passim per urbem anaba-
ptistici furoris monumenta et
vestigia non vana, quæ etiam
nunc hodie visuntur, ex quibus
omnibus atrocitas furoris a-
nabaptistici monumenta,
et magnitudo stragis facile
depræ-

deprahendi poteſt; proinde
quisquis hæc mea Scripta lege-
rit, ita legat, ut quæcunque vi-
debuntur ficta, vel vana, inepta,
ſtulta, ludicra, impia vel fidem
intardam excedentia, veriſi-
mata men eſſe ſibi perſuadeat,
nihil enim tam horrendum,
tam impium, tamque ridicu-
lum, excogitari poteſt, quod
Rex ille ſcenicus tentare non
fuerit ausus; poſtremò cùm
hic anabaptiſtarum furor,
~~ac urbis~~ ac urbis Monaſter-
eversio diſſimulabilis vel ſuppreſ-
ſis authorum nominibus non
potuit exactè deſcribi, hoc enim
fidem rerum geſtarum apud
plerosque non ſolum ſuſpectam
faceret,

facerent, verum etiam
et minuerent, ideoque ut major
fides huic rei tribuatur, si quo-
rundam vitia, qui à virtute ma-
jorum suorum defecerunt, no-
minati hìc describantur, sciat
prius lector, hæc ad totius stirpis
contumeliam minimè pertinere,
quod enim de malis dicitur, bo-
nos non lædit, nisi patrocinan-
do iniquis malorum se consor-
tes atque participes fecerint,
adde quòd nulla fere genealo-
gia sit, in quâ vitiosi non de-
prehendantur. Quemadmo-
dum igitur, aut arbor, aut vi-
tis natura alioquin bona, ta-
men sine radici et stirpis
vitio inutiles ac luxuriantes
interdum surculos et sarmenta

pro-

producit, quæ ne generosiorem stir-
mi opprimantur, resecandi solent,
ita etiam quidam suæ à progeni-
ei probitate degenerantes, interdum
resecantur, ut ergo illud non arbo-
ri, sic hoc progenitii jure non potest
imputari. Proinde boni non
mihi succenseant, si abortivo-
rum et vitiosorum suæ stirpis
ramorum, in hac historica nar-
ratione, fiat mentio; ut autem
benignus lector actionem insti-
tuti-mei intelligat, sciat me
primum præmissis aliquot ca-
pitibus dicturum, qui motus
anabaptisticos præcesserint, ex
quibus tanquam ex equo Troja-
no anabaptisticum incendium
et totius Monasterii urbis everso
prodiit; deinde anabaptismate

admisso

admisso, quâ dissidia in urbe
conflagrarint, quâ crudelitate
boni à rotimtis urbe pulsi, quo
modo urbs obsessa, oppugnata,
capta, direpta, quaeque interea
per anabaptistas in urbe gesta,
et tandem quomodo privilegia
flagitiis amissa, sint recuperata.
haec quidem omnia non magnifi-
ci verborum apparatu, admoven-
dum et capiendum lectoris
animum invento, sed humi ser-
pente stylo fideliter describam,
decet enim p: ut polibii verbis
utar: / rerum gestarum Scripto-
rem non movere hominum af-
fectus, neque rationem ad id
aptam perquirere, sed dicta,
factaque hominum ex fide
referre. huic historiae non
tam

tam sunt legendæ propter latini
sermonis puritatem, quàm pro-
pter rerum gravitatem, et evita-
tionem impiorum, ejusque cau-
sas: præposterò enim ageret, qui
propter inanem ecclesiasticæ
strepitum, neglecto eorum sensu,
conciones audiret, pari modo stu-
pidus esset lector, et stupidissi-
mus scriptor, qui ita verbis esset
intentus, ut veritatem, cognitio-
nemque rerum negligeret.
valete candidi Lectores, et me
improbis vestris precibus in
aliquâ parte satisfecisse pu-
tate.

Respub# propter fla-
gitia à DEO everti:
CAPUT I.

Ut

12

Ut pius lector intelligat, qua-
lem quantamque Reipubl. dis-
corpperimum Religio, aliaque
enormia flagitia labefactave-
rit, deinde anabaptistica lues
clanculum irrepens, fun-
ditus extinxerit . . . . .
deinde ut præ reliquis urbibus
Westphalicis floruerit, demon-
strare vero, magnitudo enim ejus
excellentia cum dudum humili
initio collata facile declarabit,
quam insignis Respublica non
summo quidem consilio, sed di-
utius propter scelera et enormia
peccata sit eversa; nam quem-
admodum Deus Respub: re-
ligione, justitiâ, reliquisque
virtutibus optimè constitutas
tuetur, et conservat; ita à di-

verso

verso impietate, fastu, ambitione,
luxu, avaritiâ aliisque sceleribus
contaminatas dissipat, et evertit,
sic Graeia cum opinionibus in
fide digladiari inciperet, in
horrendos primum errores, inde
in impietatem, postremo, ut
Justini verbis utar: / velut in vi-
cera sua arma convertentes, in
detestabile exitium prolapsa
est, sic unius Sexti Tarquinii
libido, Reipub: Rom: faciem
commutavit, sic reliquorum
Jucum, proceruмque fastus, am-
bitio et luxus eandem florentis-
simam urbem perdiderunt, sic
Carthago nobilissima Africae
urbs fastu, ambitione et emu-
latione, studio sibi exitium
peperit, sic Sodomita et Go-
morrei

morrei, luxu et libidine suâ
Dei indagationem ultro in se
provocantes, piceis, sulphureisque
flammis sunt divinitùs absum-
pti; sic Troja, sic Babilon, sic
Ninive, aliæque ejusdem generis
Respubl: sceleribus suis se se
perniciem præcipites egerunt,
ex quibus evidenter constat, nul-
lam magnam et florentem
Rempubl: j: qualis et Monaste-
rienſis fuit: / non sine causâ
à Deo conturbari, et everti, quo-
modo igitur hæc nostra urbs
experit, et aliquando floruerit,
dicendum est, unde acerbita
facilè deprehendetur.

MONASTERIENSIS urbis initia...

CAPUT II.

Monasterium à rudibus parvisque initiis, ut ferè omnia coepit, se in florentem urbem, Reempublicamque paulatim adolevit, cùm ergo Justinus ejus nominis secundus, Justiniani ex filiâ nepos Imperium Romanum administraret, anno à Nativitate Jesu Christi, humani generis Redemptoris Quingentesimo Sexagesimo Octavo Winili qui postea à prominentibus et prolixis Barbis, vel à longis postibus scaribus latino, germanico nomine Longobardi appellati, Saxonibus vicini ad eum numerum intra ditionis suæ limites

limites multiplicati, ut terra
ad alimentum tantæ multitu-
dini præstandum, non suffi-
ceret, proinde necessitate qua-
rendi ampliorem et fertilio-
rem terram occasione sugge-
rente, rebus omnibus ad expedi-
tionem comparatis, magnaque
veterum Saxonum, hoc est
Westphalorum manu, ad au-
gendum seu exercitus robur
accita, eam partem Italiæ,
quæ est inter Alpes et Apenni
cum duro Albvino invadunt,
omniaque sacro utpote bar-
bari, et à verâ religione alieni
suo more prophanant, pro-
phanaba diripiunt, propha-
na, autē veris possessoribus par-
tim pulsis partim interemptis

quasi

quasi optimo jure acquisita
usurpant, vero Dei cultui obro-
gato foedam dololatriam
substituunt, nam caprino
capiti erecto divinos honores
impendi mandant, atque huic
idolo multi Italorum, vitæ præ-
sentis amore permoti ne à Lon-
gobardis ob religionis institu-
tæ contemptum, interficeren-
tur, prone, capitibusque inde-
natis prætereuntes supplici-
cant; sed quadringenti pro-
pe modum mori maluêrunt,
quam foedâ istâ idololatriâ
fidei puritatem contaminare;
ideoq; à Longobardis miseri-
modis excruciati, ultimo
supplicio affecti sunt, exer-
cuerunt igitur in Italiâ ac

aliquot

aliquot annos tyrannidem
propemodum intolerabilem
expugnantes Tarvisium, Vin-
centiam Veronam, et præter
alias civitates insignes medio,
ianum quoque solo æquarunt,
truddatis 30. ferè millibus
Mediolanensium, subigerunt
proinde Longobardi totam
ferè Galliam togatam,
quæ etiamnum ab iis Lom-
bardia, quasi Longobardia
vocata est, Longobardi igitur
à primo eorum Rege Alboino
usque ad Desiderium ultimum
Regem, ejusque deditionem
annis scilicet ducentis et
quatuor, variis cladibus
Italos afflixerunt, horum
tamen tyrannidem fœvien-

digue

digue immanitatem, anno â
Christo nato Septingentesi-
mo Septuagesimo Sexto
Carolus ille magnus potenti
manu contudit et fregit, Sa-
xones verò anno p. ut diximus:
568. Longobardorum arma
secuti annis 14 militabant.
His autem exactis, rebusque feli-
citer gestis opulentiores ex bello
in patriam sunt reversi, qui jam
non Saxones sed ab differendi-
am Longobardorum mutato
et translato nomine ad gentem
transvisurginam Westphali
appellari maluerunt, partim
â plagâ mundi occiduâ, par-
tim ab insignibus album pul-
lum equinum, quem patria
lingua: sinan Vollan: appellat,
tota

tota gens circumtulit, cujus formam ex lapide albo elaborata, et in columnâ thori formicem extrinsecus sustinente, non sine peculiari causâ ibi collocatam vidimus, quam Anabaptista deturbant, nunc vero hunc pullum cum titulo Ducatus Westphaliæ Archiepiscopi Coloniensis in hodiernum diem inter insignia sua numerant, quam eminde scriptione Westphalica, si fata volint, plenius persequemur, inde tota natio inter Visurgim et Rhenum nominis amans Westphaliæ titulum retinuit.

Biennio post ex Italia Saxonum primores et proceres ejus gentis in medio inter Rhenum et Visurgim, anno 584 no-

norum oppidum adificare
inciperunt, quod à nomine Ita-
liæ urbis à se domitæ & ad for-
mam civitatis mediolanensis
mediolanum nuncupant, ut hac
ratione rerum Italicarum à se
feliciter gestarum memoria ad
posteros in hac novâ urbe trans-
mitteretur, hanc nobiliores West-
phaliæ gentes incolunt, namque
ut adversus prædonum, raptorum,
que impetum sint tuti muro
fossaque cingunt, & muniunt,
nam licet alia flagitia in eâ
gente etiam ante susceptam
Christi fidem, acerrimè sint
punita & severissimè vindicata,
tamen rapinam exercuisse,
nulli datum fuit vitio, nul-

lam

tam enim infamiam habuit, si
extra ejus aunque ditionis limi-
tes fieret, ideoque poenâ etiâm
inadversione caruit, sed eam ad
juventutis exercendæ, ad disci-
dia fugiendæ causâ admise-
runt, retinuit autem idnomi-
nis hoc oppidum ad aliquot
annos, tandem tamen priori
nomine deposito, Mimin-
gardevorda appellari cœpit,
quam vocem anno Sexcente-
simo nonagesimo sexto
tempore Wilbredi Clementis
primi Archiepiscopi Ultrajectini
apud Sanctum Marcellinum
Cap. 15. invenio primum scri-
ptam, quo autem sit mutati
nominis ratio, nondum com-
perium

pertum habeo, Sed si ad conje-
ctura & interpretatio revocetur,
ea tribus voluit hanc dictionem
consutam esse, apparet, Milan
enim vulgari Italarum lingua
mediolanum, gari vandalico,
Longobardicoque nomine ca-
strum, ac vocis germanis tra-
jectum significat, ut sit Mi-
miringardevorda quasi me-
diolani castri trajectus, cum
ex unâ parte nempe occiden-
tali Alpha fluvius praeter-
fluat, per quem trajectus
in hoc oppidum seu castrum
fuerit: cum enim ex circum-
fusis accolis forma quaedam
urbis constitueretur, mediola-
num oppidi nomen amisit, et
castrum mediolanum appel-
lari

lari coepit, quod autem prima
dictionis littera L: in M: A: T:
in J: sunt commutata, et pro mi-
ram homines agrestes, et barbari
Italica lingua ignari, pronun-
ciaverit Mirm: nulli videatur
mirum, infinita enim vetus
temporum diuturnitate, eo-
dem modo aut certè monstro-
sius corrupta esse deprehen-
dimus; postremas autem vo-
cula patria lingua incorru-
pta, conservavit, hinc anno
772. cum Carolus magnus
accepto in Wormaciensi Prin-
cipum conventu publico decreto
Westphalos et Saxones ad
Christi fidem amplexan-
dam armis compelleret, Ni-
mingar,

minga devorda quoque ejusim-
perio subjecta parere coepit, et
ad Religionem à S. Cuniberto
primùm inventam confirmaret,
in hoc oppido inclytam regula-
rium, seu Canonicorum Mona-
sterium, Episcopalemq; Sedem
variis privilegiis, et immunitati-
bus dotatam, erexit, cum S.
Ludgerum virum pietate exi-
mium ac ordinis S. Bene-
dicti Monachum; cujus etiam
Professionis teste Witticindo Succes-
sores illius usque ad Herman-
num ejus nominis primum
fuerunt: eâ lege praefecit, ut
eadem adhuc populum et
saxea corda hondum conversa
praedicatione evangelicâ amo-
liret, multosque Christo
lucrefaceret, quâ in re vir
ille

ille Sanctus et hujus loci Pro-
to Præsul non segniter labora-
vit, sed munus sibi commissum
magno cum fructu executus est,
crescente autem fide Christi,
ana et pietatis studio crevit,
et Ministrorum Dei honor, et
singulares veneraciones creve-
runt et opes. nam istius oppi-
di incolæ sine simplicitate,
sine pietate, et Religione sua-
dente, non solum ædificia
sua in oppido, sed et extra op-
pidum pascua, agros, Syl-
vas, et prædia omnia sine liberi
discedentes, sponte suâ vel
Deo dedicant, vel Dei Minis-
tris, et ea petentibus tollerabili
pretio vendunt, p. nec aderim
habebatur, viris religioni ad-
dictis

dictis quicquam denegare: / aut ipse se suaque omnia huic ordini mancipant, itaque brevi totius oppidi, omniumque circumquaque bonorum jus, potestati et arbitrio canonicorum subjectum esse; cum itaque hujus Monast: religio et opes augerentur, multi et pietate canonicorum, et loci commoditate illecti, huc habetatum migrant, impetrata tamen prius in Dominorum fundo ædificandi facultate; inde multorum civium domus servitute quadam in hodiernum diem premuntur, nam cives singulis annis jus habitandi redimunt, certam quandam pecuniam arcalem /: quod vocant Mansgeld :/

Dominis

dominis Canonicis pendentes,
quæ testantur fundum seu
aream ædificiorum suorum,
jure dominii et proprietatis
ad ipsos pertinere; confluunt
itaque huc multi undique
circumfusi, sedesque figentes
sub urbium satis splendidum
extruunt, quod tamen aucto
incolarum numero, jureque
civitatis adepto, muro aliisque
munitionibus cingunt, cele-
britas proinde Monasterium
piis viris seu Canonicis ædor-
nati, variisque muneribus gra-
vilegiis et opibus dotati præsule
sanctissimo illustrata, urbem
et Rempublicam florentem bre-
vi constituit. Hinc est quod
inclytum hoc Monasterium

Rimini

Mimingardevorda nomen pau-
latim obscuraverit, et utraque
urbs tam media quam undique
circumducta, non jam Mimin-
gardevorda, sed Monasterium
sic appellatum, commutato sci-
licet appellativo in proprium.
Si igitur huic urbi nomen
indidum, non à virginum
nobilium coenobio transsa-
nem sibi: ut quidam existi-
mant: sed à coetu nobilium,
piorumque virorum monaste-
rio tanquam dignior, splen-
didior et antiquior, unde
ejus nomina rebus imponi so-
lent, hoc enim à Carolo ma-
gno Christianissimo Impera-
tore: cujus gestum etiam
num VI. Julii in aede Basi-
lica

lica celebratur; illud verò ab
Hermanno ejus nominis primo
decimo quarto Episcopali Mo-
nast. præsule fundatum legi-
mus, præterea cùm cathologus
Episcoporum D. Ludgerum
primum Ecclesiæ hujus antiste-
tem, reliquosque in ordine se-
quentes, ad decimum usque
Mimingardevordensis Ecclesiæ,
sed decimum tandem Sodonem
scilicet Episcopum primum
Monasteriensem, deinde se-
quentes tam Monast. quàm
Mimingardevordensis civi-
tatis Episcopos sine discri-
mine, aliquando nuncupet,
Atini sine ullâ controversiâ
constare potest, urbem hanc
non à Virginum coetu, quæ

Decimus

Secimus quarbus Praefulgri-
mum convocavit, appellatam
relinquitur, proinde quòd et
ego crediderim, eam à pro-
cipuo et nobiliori virorum
Monasterio nomen sumpsisse,
non tamen hæc ideo dixisse
velim, ut aliorum authorita-
tem elevem, reliquorumque
enim suam existimationem
et opinionem hac in parte
illæsam, hæc de initio satis
humili dicenda putavi.

DE SITU URBIS AC NA TURÂ LOCI HOMINUQ.

CAPUT III.

Mediolanum Saxoni,
cum Mimingardevorda
nunc

nunc Monasterium, si terræ
superficiem contemplemur,
extructa est, in mediâ prope
modum antiquâ Saxoniâ, quæ
nunc Westphalia inter Rhe-
num & Visurgim non procul
ab Emisi in bonum circum-
quaque planum et pascuis
amœnissimis virentem, ideoque
totius Westphaliæ metropolis
recte censetur, sunt et extra
urbem horti amœnissimi,
variis herbarum fructuumq;
generibus consiti, in quibus
ex urbem egressi, se ob-
lectant, et bono vino cerevisi-
æque omnem animi molesti-
am et mœrorem sæpe absu-
unt, in his quoque tanta olera
rum, radicum similia

rumque

rumque rerum copia nascitur, ut
incolas his solis vesci credas,
nisi porrorum multitudo ma-
gnam earum partem absumeret.
Si verò coeli faciem spectemus,
situm est sub Zonâ frigore et
calore temperatâ, inter tropi-
cum cancri, et circulum arcti-
cum, vel ut prius, extractius
dicemus, inter ultimam Stel-
lam, quae est in caudâ ursae ma-
joris versus Austrum, atque
ab arabibus duabus triangu-
lum effingit, atque hoc singulis
diebus verticalo punctum hu-
jus urbis percurrit, sed decima
nona die mensis Aprilis horâ
undecimâ nocte cum sagit-
tarii de curia in oriente hori-
zontem complectitur geminis
orci-

occidentibus, et ariete angu-
lum terrâ possidente, hanc
urbem directè et perpendicu-
lariter despicit.

Ideoque ejusdem Zenith seu
verticalis Stella meritò dici-
tur, latitudo verò et poli ele-
vatio quinquaginta duorum
graduum et quatuordecim
minutarum esse deprehen-
ditur, unde facilè constat,
sub quâ coeli parte hæc urbs
sita est.

Naturam autem loci, homi-
numque in eo degentium,
inquirere non est difficile,
si cognoverimus naturam
coeli, corporumque cœlestium
quibus hæc urbs est subjecta;
coelum enim est astra suo
motu,

motu, lumine & influxu; ad-
stipulantibus physicis: /
in hæc corpora mixta agunt,
eademque per occultas vires,
quas suggerunt ad operan-
dum similes effectus quodam-
modo impellunt; nonne ergo
absurdum; teste etiam Polo-
mæo: / hominum naturam
et mores, ex coeli aspectibus
diversis, locorumque quali-
tatibus potissimum depen-
dere; nam fieri non potest,
quia temperamentum et
crasin corporum mores sequan-
tur, quod et Cyrum Regem Per-
sarum animadvertisse non
dubitamus, cum enim Persæ
regionem suam montosam,
asperam, et nigratam, deserere
et

et molliorem, amoeniorem que
demigrare, decrevissent, illud Cy-
rus non est passus, plantarum
ingenia et hominum mores,
ingeniaque, regionum quoque
similitudinem trahere, si inve-
nias regiones, quæ non tantum
virtutum, sed et multorum vitio-
rum irritamenta suis incolis,
hospitibusque subministrant,
nam hoc modo Campania
Delitiæ invictum armis Hanni-
balem fregerunt, et Romanis
vincendum præbuerunt, hinc
apparet magnam vim et mer-
giam locorum qualitatibus
esse, quæ cùm corpora ii suten-
tia transfunduntur eodem mo-
do illa afficiunt, Baldusque-
que juris interpres in l. quid

si

si nolit §. qui mancipia ff. de
Aedilit. Edicta: hominum ingenia
ex dispositione aëris et locorum
fieri aut meliora, aut deteriora
asserit. Proinde cùm hæc no-
stra urbs aquario signo fixo et
Saturno tanquam suo domina-
tori subjiciatur, et non in me-
dio Zona temperata, sed infine
prope modum ad circulum arti-
cum sit extructa frigoris, calo-
risque æqualem utrinque tem-
periem, minimè participans, à
frigore circuli artici sibi vici-
nioris et influxu prædicto-
rum Syderum, magis afficitur:
ideoque hujus loci incolæ, cu
frigidiorem cæli partem co-
lant, plerique sunt statura
proceri, moribus feris et incon-
ditis

dibis. Hinc est quod hominem
eudem à morum urbanitate
paulatim aberantem Westpha-
eum passim vocent, quasi huic
generi quædam ruditas quam
evitare non possint, à Syderum
influxu, locique naturâ sit
impressa. Sunt et magis corda-
ti, quam stulti, ingeniarum
tamen artium contemptores,
robusti, et ad quosvis labores
ferendos apti, sed famis et
sitis impatientes, aliisque
gentibus voratiores, victu
tamen simplici, minimèque
sumptuoso contenti, colore
albo, capillis non retortis,
sed prominentibus et defluis
non callidi nec versuti, sed
simpli-

simplices, graves, constantes,
nec sententiam semel receptã
temerè mutarent, nisi Satur,
nus in ipsis operaretur, avari,
tiam, suspicionem, deceptio,
nem, perfidiam, pertinacia,
invidiam et seditionem, quæ
quidem omnia non subito,
sed tardiorem motum su,
um pedetentim superne in,
stillando augel, donec menti,
bus utrumque inflammatis,
si non armorum concursa, certè
manifesta factio, hinc seditio
inter proceres, et capita Reipub.
erumpit, quo subditi quoque
contaminantur, eidemque
malo involuuntur, vix sapitur,
hoc malum natura huic loco
insitu

insitum esse experiemur: nunquam enim decem et octo annis continuis stabilem concordiam, quae novis motibus non fuerit turbata, et interrupta, ab initio etiam urbis ad haec usque tempora pacifice stetisse traditur annales.

Ex his qualitatibus jam dictis multae aliae influunt, quas ad generalem Westphaliae descriptionem commodius transferemus, ne autem arbitreris Monasterienses his moribus ita imbutos esse, et perpetuo addictos, ut alios induere nequeant; natura quidem loci ipsis haec omnia et plura suggerit, verum naturali illa interdum divecsis imitatur

imitatur; hic quosdam illorum
videas breves, quosdam fusos,
quosdam infirmos, et imbe-
cilles, quosdam placidos et ab
impolitâ rudeitate alienos,
quosdam callidos, quosdam
inconstantes et leves, quosdam
feculorum apparatu sumptu-
osos, qui vel mutatis sedibus
aliundè huc commigrarunt,
vel matrimonio externorum
populorum se se miscuerunt,
vel longo convictu aliarum
gentium naturam, mores,
tem abluerunt, vel quæ potis
prægrinantes didicerunt,
huc adferentes tanquam
simij imitando expresse-
runt, atque in libros suos
fuderunt. hinc oppidani
ita

ita sunt transformati, ita
delicatiori vitæ usu emolli-
ti, & effaminati, ut vim quo-
dammodo naturæ illatam
esse fatearis, eamque ita imi-
tatam, ut nihil pene sit in hac
Reipubl.; quod humilem illam
ac rudem, vereque simpli-
cem antiquitatem sapere
ac repræsentare videatur,
interdum tamen ad nativos
mores spiret, nec mi-
rum: naturam enim expel-
las, furca tamen usque
recurrit; quare Monachi
partim suis, partim pere-
grinarum, aliarumque
gentium moribus utuntur,
atque hac morum dissimi-
litudo

libudo, dispeream vestitum
peperit, nam quidam Hispa-
nos, quidam Italos, quidam
Turcos, quidam Scytas, qui-
dam Polonos, quidam An-
glos, quidam Brabantes, quidam
Brunsvicenses, novum
semper amictuum in germa-
nia authores sequuntur,
pauci antiquam illam Sim-
plicitatem, humili suo vesti-
tu exprimunt, quidest in cau-
sa nostra contemnimus, alie-
na magnificamus, domesti-
ca sordent, peregrina et exo-
tica flagrant, innata exclu-
timus, aliunde exorta ap-
petimus, vetera aversamur,
nova amplectamur, et quae
nunc

nuni nova sunt, nobis facilè
senescunt. Hinc est quod sem-
per nova anhelemus, nec pra-
sentibus unquam simus
contenti; profectò nisi cle-
mentissimus Deus, qui omni-
bus sea aquo favens, neminem
vult perire, virosdoctos, graves,
et constantes in religionis ne-
gotio, aliunde nobis nunc
misisset, qui novitatis avidos
sincero dogmate, et exemplis
vita cöercerent, atque avitæ
religionem Dei præsidio, tue-
rentur, vix quinquennium
vel biennium sine horrendâ
seditione et novo motu pera-
terriret; per tale enim Deus
optimus maximus tan-
quam per sua instrumenta

Respub:

Respubl: in agnitione veritatis,
et optimo statu conseruat. Hi
sunt, qui hunc populum ad
quamnam vitia pronum, novos,
que motus sitientem, ad vir-
tutes, tranquillitatisque stu-
dium et amorem invitant,
hi sunt, qui turpia vitare, et
honesta imitari docent, hi sunt,
qui cives in officio retinent,
hi sunt, qui siderum influ-
xum mutant, vel avertunt,
hi sunt, qui tandem domi-
nantur astris; proinde viri
ornatissimi vocatione vestrâ
sedulò incumbite, in vineâ
Domini sine fugâ et falsi-
gatione laborate, vobis res
publ: tanquam firmisco-
lumnis

lumnis initiatur, vestrâ doctri-
nâ vestrisque exemplis ita
confirmatur, ut nunquam
novis his mundi motibus
concutiatur, sed tanquam
marpesia cautes adversus
omnes hæreticorum fluctus,
in concussa persistat, hacte-
nus ac situ urbis nostræ,
deque incolarum moribus,
dicta sufficiant.

DE MUNITIONIBUS URBIS CAPUT IV.

Si externa munitionis nomine
urbes laudes merentur, hæc
solum Westphalicarum, sed et
plurimarum regionum com-
mendatissimè atque primaria
erit

erit, est enim portis, fossis, aggeribus, muris, turribus, aliisque tam propugnaculis tam lapideis, quàm terreis, ligneisque munitissima; orbicularem profecto figuram retineret, si homines, et trascias eam à se extendi sinerent, hujus diameter est 160. passuum minorum, sive gressuum hoc 400 ½ pedum, unde facilè murorum ambitus 503 $\frac{5}{7}$ gressuum esse deprehenditur, cum περιφέρεια seu circumferentia, cujusque circuli ter diametrum et septimâ ejus partem excedat; porta 5 habet decem à nominibus Divorum, quibus templa plera, que dicata sunt, appellata, unde non obscurè deprehen,

detur

detur, templa multò vetustio-
ra esse portis, crediderim ideo,
inde ego pleráque templa fu-
isse extructa, cum portis de-
derint nomina: / primùque
muris et portis urbs sepsetur cin-
cta, perhas non recto sed obliquo
ductu, et multiplicato an-
fractu ingredimur, quo sin-
gulari industriâ factum
esse, exempla aliarum ur-
bium docent, ne tormento-
rum crebrisictibus directa
in urbem hostibus pandatur
via, et vehementi illas phoe-
nicularum impetus aggeris aut
muri objecto paulum resside-
at.

Ab ortu igitur aequinoctii,
ali, unde sydera primùm
illu-

illucescunt, et Vulturnus seu Apeliotes aëris torporem suo flatu
excitat, porta est, quæ cum insigni Canonicorum Collegium
extra urbem situm, et D. Mauritio consecratum spectet, Mauritiana appellatur, unde semita
altior, quàm via publica, Collegii sumptibus saxis strata,
hinc hortorum septis munita, illinc verò virentibus salicibus
adumbrata ad cœmiterium Mauritianum usque protensa,
quæ mirâ quadam voluptate, defatigatos jam peregrinantes excipit, et omnis lassitudinis oblitos, in urbem deducit. Hinc urbis ingressus
duo externa congesta, ad dexteram habet propugnacula

cula, quorum alterum humi-
lius possam, aggeremque ad
portam Montanam, prota-
tum defendit, alterum verò
vicinum propter altitudi-
nem non solum ipsam por-
tam, reliquasque ad sinistra
urbis munitiones, sed et cam-
pos circumquaque tuetur,
intra septa valli ad dextera
sacellum est D. Antonio
consecratum, ubi certus pau-
perum numerus alitur, qui-
bus etiam de cœlesti cibo
abunde satis prospectum
est, cùm singulis diebus
festis per sacerdotes sacra
illis fiant. Sacramentorum
autem administratio ad
parochiam Mauritianam
pertinet,

pertinet; Capitulum enim
Mauritianum in suâ paro-
chiâ authoritate et sumpti-
bus Ludovicii tricesimi quin-
ti præsulis Monasterii an-
no 1368. hoc sacellum um
terio et ptochodochio extruxisse,
et fundasse legimus, hac ta-
men lege, ut Senatus urbis
jus designandi hujus sacelli
parochum habeat, Mauriti-
ani autem istius designati-
onis sint authores. Ad hyber-
num verò exortum, unde et
Eurus spirat, amplissimum
est propugnaculum, in cæru-
li figuram prominens, quod
ab in eâ radice, lapideo
fundamento ad pedes pro-
pemodum decem, supra

aquas

aqua sextat, cui excelsa terra
mole superimposita est, ha-
bens utrimque castella humil-
iora, tanquam ubera adhae-
rentia, saxis ita compositа,
ac aquis edulа, ut inde agge-
res ac fossa ad magnum spa-
tium ab hostili incursu mil-
libus utrimque defendi pos-
sint, per mediam hanc mo-
lem iter est, adportam, quam
a Divo Servatio, cujus tem-
plum muro vicinum est,
Servatiana appellatur, extra
hanc una mola ventorum
flatu agitatur, frumenta
comminuit, quam ob id flatu-
lem vocant, ab hac porta ad
Ludgerianam, longius
est intervallum, in cujus
vero

verò medio ~~ge~~ aggeris ejusdem fossæ
conspicitur angulus seu an-
gulus prominens, ideoque ibi
in vallo subterraneo quædam
munitio ita est extructa, ut
utrimque tam ad portam Lud-
gerianam, quàm Servatianam
fossa tueatur. Porta au-
tem Ludgeriana à D. Lud-
geri templo sibi propinquo
sic vocata, meridei, austroque
subjecta, spatiosissimum et
firmissimum habet muni-
mentum, cujus basis, imoque
radix amplior ex durissimi
saxis, superior verò pars su-
prà cingulum angustior,
ex lateribus in formam cir-
culi extructa, ac intùs ter-
ra oppleta, sub testudine
cujus

hujus immensi operis via
est, quâ itur in urbem inter
aggeres, fossasque urbis domûs
est Sagittariorum, in quâ post
exercitia sua consueta, com-
messantur, totosque agunt
dies, ad sinistram hujus
porta humilia extructum
est defensaculum ex lapi-
dibus, quo aggeris fossa
magnam partem jaculis,
et tormentis ad portam Se-
gidianam tueri poterit,
extra hanc portam duæ
visuntur molæ latiles, et
campus satis amplus, in quo
cives sua ligna ædificandum
reposita habent;
ab Ostiana porta ad hanc
superfi-

Superficies urbis propemodum est
aquatis, sed huic paulatim humi-
lior deliviorque esse deprehendi-
tur, ideoque possam inter Ludi-
gerianam et hanc portam la-
pideum repagulum penetrat,
superiorem aquam ab inferiori
coercens, ne confluant alioqui
nihil aquarum in superiori
fossæ parte remaneret, sed tota
ad deliviorem horum naturæ
urgente descenderet.

Portam Agidianam Eu-
rotanus excipit, quæ à templo
Agidio dedicato, cum totâ
platea nomen sortita est,
hæc ad dexteram è terrâ con-
gestum propugnaculum ha-
bet, extra hanc septem mole
ventis agitantur. Fuit et
porta ante obsidionem a
duca-

occasum hybernum Africo af-
flata, aĉ à nobilium quorun-
dam antiquo stemmate et
nomine Bischopingorum
appellata, quæ nunc est diru-
ta, aĉ in ejus locum munitis-
sima, æditissimaque moles
est ita extructa, ut hostibi ab
hac parte oppidanis etiam
dormitantibus nullus patere
possit in urbem aditus, in
cujus imâ parte murus, extra
omnem telorum jactum
latitat, suosque defensores
tuetur, huic aliquot aquæ-
ductus aquarum transversim
per fossas sunt ducta, hic
enim urbis superficies attol-
litur, aditusque redditur.

Ab æquinoctiali occasu
Zephyri

Zephyrus portam à Dei Vir-
ginis Mariæ templo cogno-
minatam leviter afflat, eam-
que terrea moles ingenta fun-
damenta lapideo ambit, per
cujus medium via est, ad
portam hujus munitionis
tanta est multitudo ut u-
trumque reliqua septa et
aggeres facilè missilibus
si opus sit, tueatur, Sunt et
pii ad sinistram supra fos-
sam aquas ex tabulis no-
boreis munitionis Arabibus
innixa et foraminibus air-
cumquaque plene, quas
cancas hyrundineas vulgus
vocat, unde fossarum su-
perficies ab impressione et

Reusen
Kasten

eruptione

eruptione hostili paucorum opi-
pidanorum opera defendi
potest; estque in hac eadem
fossâ obex seu repagulum,
quod declivem aquarum
descensum arcet, ipsoque
fossarum se interponit.
Ad occasum aestivum eo-
rum portam Judaeam excipit,
à judeorum campo, quem
olim ibidem fixis tedibus
coluerunt, ita nominatam,
quod Judaeorum capita ex
marmore Badenbergico
facta, ibique posita etiam-
num satis arguunt; hi enim
cum christianos avido fae-
nore exhaurirent, negotia-
tionibus suis callidè cir-
cumvenient, ad se omnia
traherent

traherent, nihilque non in
Christianorum pernitiem
cum suis tantum rebus cu-
mulandis desudarent, suo
more molirentur, dirutis tam
Synagogo, quàm aedibus
abjecti sunt; quorum monu-
menta, et scripta lapidibus
inusta, ad portam novi pontis
sunt translata, ubi etiam
nunc tam ad dexteram mu-
ro imposita, quàm ab altera
parte in urbe, ubi supra
aquas sonica publicis usibus
destinata est, in extantibus
extra murum saxis visun-
tur, huic porta pro defen-
sione ac tutelâ aggerum
et fossarum lapideae turres
tanquam hubcera utrim-

que

que adhærent, habet alia
~~cly~~mata firmissima, quarum
rapide is basibus terræ moles
impositæ sunt, neque hic pro-
pugnacula propter soli ina-
qualitatem aquæ sin sublimi-
oribus partibus cœrcentia de-
fenduntur; in prospectu hu-
jus portæ 4. niola latibus
agitatæ fumenta terunt.

Porta Crucis, quam
Persius invaso suo impetu
petit, ad dexteram firmum
propugnaculum aspicit,
ajus fundamento ex lapi-
dibus coacto magnus terræ
acervus est impositus, cui
à latere dextera castellum
~~propter~~ præter opinionem munitum
adhæret. Sunt et hic per
fossam extremam aliquot
aquarum

aquarum obices, et si non fir-
missimo repagulo juncta por-
tam ad stupendam altitudi-
nem aquæ moles reprimeretur,
fossas quasdam acciviores
aquis omnino destitutas cer-
neremus. Hæc porta nomi-
ne à cruce antiquitus sibi
inditum in hodiernum diem
reservat: nam à majoribus
receptum fuerat, ac quasi
permanus posteris tradi-
tum, ut crux illa lignea
summi templi satis magna
à Friderico II. Præfule
donata, cui imago Chri-
sti crucifixi ærea argen-
teisque laminis circum-
ducta, reliquiisque san-
ctorum intus suffulta af-

fixa

62

fixa fuit, quamque ferrea cate-
na super interstitium dirimen-
dorum et reliqua templi parte,
quod Apostolorum transitum
vulgo vocant: / suspendam reti-
nebat, in quibus Pentecoste per
singulos civium domos duobus
cantoribus comitantibus dece-
rebatur, quam vicini à vicinis
exultantes susceperunt, qua-
si afflictiones per crucem
significatas communicarent,
libenterque cuperent cum
gaudio vicinos omni mo-
lestiâ exoneratos, quod cer-
te magnum fuit mutuæ
charitatis incitamentum,
et calcar; his ita tran-
actis, crux est reposita ad
diem veneris, quæ proximo
festum

festum nativitatis Joannis
præcedebat, tunc enim hæc
eadem Crux nocturno tem-
pore lanionibus traditur,
qui eam pera cto prius in
æde D. Virginis Sacro, cir-
cam horam 3. noctis ad
portam Ruis, cum conce-
ptis quibusdam carmini-
bus deferunt, eo delatam
curruì adhibitis ædituis
imponunt, hinc à diver sis
agricolarum curribus per
certa intervalla vicissim
adhibitis excipitur, et per
aliquot miliaria vehitur,
sitque in quibusdam boum
pro turbâ comitante concio.
tandem ita circumvecta
eidem portæ reddunt, ubi
cum

84.

cùm pulverem, quem fortè in
itinere contraxerat, vino pro
more ablui sent, lanionibus
restituunt, qui dissonis, con-
fusisque vocibus cantantes,
ad templum Ecclesiasti-
cum eam deferunt, ibi à
Clero excepta suo loco red-
ditur, et ſi catenâ, quâ
suspensa sursum trahebā-
tur, sæpius crepitaret, fer-
litatem futuram præsagi-
re superstitiosè creditum
est.

Ab axe mundi Septentri-
onali unde asperitia
frigoris horrore moenia
corripit, porta est à novâ
ponte ibi primum construc-
nomen retinens, quæ ad dexte-
ram

ram lanionum nunc propu-
gnaculum habet, hic etiam
Alpha per oppidum fluens,
omnemque sordium colluvi-
em secum rapiens subportã
aggreditur, ibique muros
aggere congesto munitos ex-
tra muros per spatium aliquot
radit, sedeo apud arcem
supra modum murorum
crassitudine munitas, et
extra omnem urbis muni-
tionem sitam defert, atque
hæc arx non solum hanc
portam, sed et partem ur-
bis, quo ad portam Horsta,
nam sese explicat, tueri
creditur.

Ab Aquilone seu Borea
porta est Horstana ab horsto,

quod

§ 6.

quo lingua nostra agrum si-
gnificet acclivem, compascu-
um et salioni aptum, habet
hac à sinistra hercion am-
plissimum ab imo adsum-
mum muro lapideo circum-
ductum ac intus terra partum,
ad cujus sinistram arx est
humilior, unde adportam
Mauritianam hostilis
impressio arceri potest, ex-
tra hanc ante urbis obsi-
dionem fuere duo molæ
statiæ, nunc verò tantum
una; Semina fossa lati
lata et profunda totam
urbem ambiunt, quarum
non solum prima apertis
campis, hortisque conti-
gua, sed etiam secunda,

ab

ab alterâ parte aggeris cruta
variis passim obicibus repa-
gulis, defensaculis, refugiis,
pirundinumque caveis ita
instructa, ut nullum hostem
quantumvis violentum tra-
nare sinat, inter has medius
est agger ex terrâ fossarum
utrimque satis crassus, ar-
duus et praeruptus, continuo
ductu secundam seu interi-
orem possim amplexand,
cujus jugum et vertices cra-
tes robora, ac super nè de-
tentata coronat, ac paulu-
tum inferius haud iter pro-
cul ab equis sentibus tum,
ex horridis densisque ve-
pribus ac dumis inflexis
miroquodam artificio
circuit,

circuit, quod non modo pene,
trari, sed ne perspici quidem
possit, quæ duo munitionem
possam jam transgressos
absconsu facilè remorabun,
tur; habet autem hic agger
plurima intùs receptacula,
occultos meatus, ac tectos
cuniculos, à quibus hostis
tormentis, missibusque
undique peti potest, at hæc
silentio præterire, quàm
publicare præstat, inde
duplex est murus, nus,
quam prætergressus in por,
tis interruptus, qui alium
aggerem interjectum am,
plectitur, eumque utrim,
que sustinet, alter tamen
murus vehementer firmus,
et altus, secundæ posse

vicinus

vicinus, propugnaculis, spe-
culisque insignitus, in qui-
bus nocturna excubiæ per-
agantur, verus est urbis mu-
rus, cui instar servatianam,
Ridgerianamque portas ſ.
cum longissima sit distan-
tia: ſ duæ sunt turres inter-
jectæ, quarum altera à
Nitzing virginum cœnobio
vicino cappellata, solono-
mine captivi est terrori,
alteram verò cum proprio
nomine careat, carnifex
accola celebriorem reddit,
Sunt & duæ turres inter
portam Cruciſ et Neo-
portis, quarum altera
aspectus nocturnus terva-
cumque horror habet nomen,

Nec

70.
[illegible] Sonus; altera à Co-
mitis Mecklenburgiaci porta
olim dicitur fuisse, per quam
ille ad arbitrium suum in-
gressus in urbem patuerit;
quod jus Senatui ipsum in
convivio vendidisse aiunt;
est et in eodem interstitio
turricula in quâ pulvis
tormentarius fundituri, alter
autem murus aggerem ai-
dium à pomerio satis spa-
tioso, per totius urbis urbis
ambitum intus coercens hu-
milior est, taceo hic dan-
dam ejectatus ex urbe per
aggeres et fossas meatus,
taceo multiplicis singu-
larum portarum per an-
gustus dispositas januas,
taceo volubile ad primum
earum

earum ingressum valeat, quas propilæa vocamus, taceo magnam omnis generis armorum et tormentorum copiam, quæ tanta est, ut non solùm omnibus urbis propugnaculis sufficiant, sed etiam per totum aggeris circuitum dispositæ vix unius passûs intervallum relinquant, ac insuper bombardas majores, ea rosis per forum et plateas aliquot dispositas, si forte usus postularet, videas; taceo denique gratissimam inter aggeres fossamque amœnitatem, thessalicâ tempe propemodum exuperante. Hactenus peryphoriam munitionesque urbis

urbis laconico perstringi, mus: nunc vero etiam tem, pla describturi aggredimur.

TEMPLORUM URBIS DESCRIPTIONES.

CAPUT. V.

In mediâ fere urbe mollis est clivus, cujus planities satis ampla à Saxonibus Italico mediolano reversis olim aliquot munitionibus inecta, ædificiisque privatis nitur erectis oppleta, oppidi formam habuit, quo primùm mediolanum appellatum fuit, inde Mimingardeborde, postremò cum urbe circum, ducta Monasterii nomen cepit, de quâ re capite 2i dictum

dictum est, hujus superficiei
diameter 390. gressus, seu pas-
sus minores, circumferentia vero
mille ducentos viginti sex, pro-
pemodum completitur; cum
autem inter Theodoricum Co-
mitem de Weitzeburg Monas-
terii Ecclesiæ Episcopum 18: ac Do-
minicos Dominos acerrima
dissentio oriretur, hi cum no-
bilibus Diœcesis, quos Vasallos
vocant, ac civibus circumdu-
da urbis adversus Præsidem
unanimi consensu conspiran-
tes, ipsi sibi præesse non tule-
runt, ideoque eundem Di-
œcesi ejiciunt, Princeps
verò justa causa, amicos-
rumque præsidio Petri ad
Catharinam Ducis Saxo-
niæ transvirginem, qui
postea

postea imperiali diademate
insignitus fuit, conjugit, cu-
jus Principis, Comitumque
de Wintzeburg potentiâ et
armorum præsidio adjutus
Monasterium anno 1091.
die quidem 7. Maji arma-
tâ manu invadit, omni-
que in prædam vertit, tam
publica, quàm privata ædi-
ficia cum templis præter
Sacellum S. Ludgero tran-
quasi dedicatum, ignitis
jaculis ac telis ignem vo-
mentibus, in urbem priùs
missis comburit, muros
hujus superficiei, quæ nunc
campus dominicus dici-
tur, circumductos solo
æquat, domos verò nobiles,
cives

cives supplices jam facto, omnium injuriarum oblitus in gratiam recepit, ademptaq; privilegia additis novis reddit; authores tamen concitatae seditionis Catharinae secum adduxit, et gravi pecuniâ mulctatos tandem remisit. Hos muros sita dejecto Borchardus de Holte Decimus nonus Episcopus restauravit, altaresque extruxit, ut ab incursionibus Comitis ab Ahrensburg et nobilium de Steinhovel sint tutiores, qui tanquam quotidiani hostes Ecclesiam, Monasterium semper affligebant, ac templum exustum, portasque, per quas ad hunc

campum

campum in quatuor mundi
angulis aditus est, reparat.
In orientali templum Mi-
chaeli Archangelo, occiden-
tali vero Sacellum D. Geor-
gio consecratum imponit,
cujus turris a Speculo nomen
habet, super portam septen-
trionalem, pastor aedi D.
Nicolai constructo ibi
aedificio residet, admeri-
diem per arcum lapidibus
utrimque stipatum exitus
est; omnes tamen portae
ita nunc sunt patulae, ut
nunquam occludantur;
incolis enim hujus campi
satis est, si munitionibus
circumducta urbis cin-
gant, et communibus civi-
um

rum excubiis defendantur;
ideoque muros hos ipsos ipsa
tanea negligentia paulatim de-
fluere et intercidere
sinunt. Juxta hos tamen
muros, ipse Princeps amplis-
simum palatium insignibus
suis notatum, ac dominici
Domini splendida atria, et
commodissima muneribus
suis habitationes intus ex-
truxerunt, hortosque amoe-
nissimos, variis arboribus,
vitibus, herbisque fragran-
tissimis consitos, muris alius
à prioribus continuo ductu
erectis includerunt, atque
ita inter se distribuerunt,
ut sua cuique sedes, habita
tamen dignitatis prærogativâ
sit distincta et discreta,

singuli

singuli sua habent portenta, qui-
bus capita, pedesque ferarum,
indagine aut jaculatione
captarum affiguntur, unde
magnificentiam vulgus me-
titur. Hi itaque per circui-
tum violatis pomeriis habi-
tantes, magnam soli aream
atque planitiem in medio
ab omni parte relinquunt,
in cujus augustissimum
atque illustrissimum sol-
get templum, vereque Ba-
silica exlevigatis lapidi-
bus in formam duplicis
crucis ædificata, in lon-
gitudinem trecentorum sex-
aginta ac latitudine in
centum trium pedum pro-
tracta brachia tamen

crucis

cruci longius extenduntur,
plumbeis laminis tecta, unde
aqua pluvia Siphonibus recepta
defluit, super chorum alta
& gracilis turricula e tecto
columnis quibus dam ita
sustenta eminet, ut visum
undique transmittat, cam-
panamque intra se pendentem,
ac horas malleo ictibus
distinguentem ostentet, et
globo deaurato, cruce et
gallo ventorum in die more
aliarum turrium insigni-
ta est. Huic basilicae
ad latus australe, versus
chorum splendidissimi
atque altissimi culmini
adhaeret structura, cujus
partem dextram effigies

80.

S. Walburgis; sinistram vero S. Gertrudis non sine singulari mysterio exor-nat. Super has imagines de annunciatione angelicâ, de nativitate Domini, ma-gorum oblatione, passione, et sepulturâ pr. dicaro arti-ficio marmori Gadenber-gico insculpta, variisque coloribus ad vivum expres-sa atque depicta collo-cantur; in vertice vero sum-mo, statua olim lapidea, et per anabaptista deturpata, nunc vero ex ære repa-rata, Christi resurgentis ac triumphantis imaginem referens, mille centum de-cem et sex librarum pon-dere, præter ferrum quo

affixa

affixa teneatur, templique
majestatem non parum au-
get, in cujus manu est vexil-
lum versatile ferreum et
deauratum, ventorum sta-
tioni sostentans. Sunt et pori-
columnæ albissimæ, variq;
arus pinnæ per circuitum
templi, in quibus ante ana-
baptismum varia sunt ve-
tæ antiquitatis monumen-
ta ab anabaptis dejecta,
ac nondum reparata; fuêre
supra tectum chori Fimu-
lachrum S. Walburgis
forma albi pulli equi
in Westphalia insignibus,
Salomonis, Samsonis, alio-
rumque piorum virorum
inauratæ Statuæ.

Est

Est autem ad eandem mundi
partem meridionalem non
ita procul à turribus, ædifi-
cium templi conjunctum, quod
paradisum vulgus appellat,
à strepitu judiciali, litibus,
que forensibus labilitatum,
supra cujus limen imagines
primorum parentum nudæ
violationem mandati divi-
ni sub arbore vetitâ expri-
mentis, tanto artificio et
symetria è patrio marmore
excisæ visuntur, ut casui
vere credas, in hujus ædifi-
cii columnis imagines S.
Ludgeri, Michaëlis Archan-
geli, Georgii et Caroli ma-
gni per intervalla dispo-
sitæ fuere.

Ad

Adorcasum duæ sunt turres lapideæ ejusdem ferè altitudinis ab Hermanno Lät Zenellenbogen S. Monast. Eccleſiæ Episcopo extructæ, quibus excelsa pyramides, superimpositæ, plumboque tectæ, ante anabaptistarum motum decus urbis auxerunt, quarum altera campanarum multitudine in sublimi resonans, tam ad nocturna quàm diurna mysteria, populumque convocat, altera cùm campanis careat, in supremâ parte monedularum et cornicum sedes est, in imo verò inter testudines pecu-

niarum

marum copia aliquando so-
nat, limitumque adit; est enim
hoc commune totius diœcesis
ærarium: inter has locus est
partem parietibus templi, par-
tim valvis, lignisque septis
conclusus, in quo Princeps mi-
litaria beneficia juramento
interposito nobilibus revocat,
quem locum et ritum M. Hen-
ricus Lupe, episcopalis Con-
sistorii procurator, qui erudi-
tione et judicio singulari
inter omnes procuratores sui
usjudicii pollet, in docto et
eleganti carmine, quod in lau-
dem electionis et in auctora-
tionis Domini Wilhelmi
Ecclesiæ Monasteriensis an-
tistitis adidit, descripsit.

Est

Est locus occiduum, quo sol
declinat ad axem,
Ac ubi stant turres saxea
massa duæ
Has inter media nova fabrica
lignea ferro
Contexta est, quæ aperit
Janua bina viam.
Ut tenet arborea structura
hæc quinque columna,
Atque pavimentum dant
nova saxa novum.
Huc sedes directa loci, te spun,
cipe digna
Sonitur ornatu condeco,
rata suo.
Hic veteri celebri seu dominum
more dibeta
Servatur solitis ritibus
atque suis.
Ex plagam septentriona,
lem

Item quadrangularis figura
portium, quæ tecti cancellis con-
clusa, semitam sacris stra-
tam, amplectitur, inde est
hortulus, redolentibus herbis
fructicibusque consitus, val-
de amœnus, quem ligneum
sepimentum, ac inde sentice-
tum viridè ambit, atque in
his locis tam in semitâ, quàm
portici Dominicii Domini
suam sepulturam epitaphi-
is magnificis habent, inter
quæ præter alia multa in-
signium virorum monu-
menta extat et illud Do-
dolphii Langii viri om-
nium doctorum judicio
gravissimi atque eruditis-
simi, cujus nomine hujus

Collegii

collegio plurimum ornamenti accessit:

Inclitus in nostro, dum vixit Langius orbe,
Præsidium doctis, pauperibusque fuit:
Mox ubi sustulerant tantum decus invida fata,
Luctus erat doctis, pauperibusque fames.

Extat et Lotgeri Smissingi Decani epitaphium, qui eruditione, rerum usu, et authoritate apud omnes ita polleba t, ut ipsum patrem patriæ appellare non dubitaverint, quòd consilio et prudentia magnam anabaptistici incendii partem extinxerit, in cujus funere non solum homines totius diœcesis, sed in

in menta templa et viarum sacra
lugere visa sunt, tacebat pio-
rum virorum mens cui sine qua
omnia scripta exequi per lon-
gum foret, hortulum vero inte-
riorem undique dumis et sen-
tibus conclusum, vicarii ple-
rumque pro sepultura adsur-
gant. In porticu ad ostium
solistria sunt sacella, singu-
la singulis altaribus cum
caditibus sabi opertis in-
structa, quorum unum mar-
mum scilicet et elegantissi-
mum olim S. Clementi, nunc
S. Virgini, in quo sacrum pro
defunctis singulis diebus à
Septima Camerales canunt;
alterum nempe minus S. An-
nae Mariae Matri, tertium
vero nempe minimum fe-
nestri

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

nestris carens S. Elisabeth con-
secratum est. In medio porticus
imago Christi crucifixi, la-
tronumque utrimque suspen-
sorum zara ante albo lapide
incisa praetereuntes pietatis
admonet.

Sed ne veteris templi insignem
praetermisisse videamur, pau-
ca de hac dicenda putavi,
cujus clerigiae initium ad
Carolum magnum referunt,
verum illi plurimum hallu-
cinantur: nam Wilhelmus
episcopus sive adjutor
Sancti Wilhardi primi Ul-
chiepiscopi ultra jectini
anno sexcentesimo nonagesi-
mo sexto cum Phrisia, Hollan-
dia, aliisque circumfluore-
gionibus relicta jam idolo-
mania Christum didicissent,

ad

90.

ac in fide verâ satis corrobora-
ta præsent, a sumptis doctis
piisque viris quibusdam, Hilli-
rico, Gerardo ac Theodorico
ac Bosone in Saxonia antiqua,
quam, nunc Westphaliam
Christum rudibus illis et
plusquam Saxeis hominibus
annunciaturus concessit,
ac inde à passim suavi lo-
quentiâ suâ à miraculis
evangelium feliciter pro-
pagare cœpit, hinc immi-
nente hyberno tempore, Si-
migardeburgum nunc
Monasterium venit, ibique
acerrimè ad stuporem usque
inter homines perinopinido
rè invectus est, quod vero cre-
atore contempto, vana sere-
atura colerent, tantumque

homi-

hominum pectora emollivit,
ut pertinacia sua relicta, cer-
tatim ad verba vera concur-
rerent, eaque serio amplexa-
rentur, doctrinam quoque
adhibitis aliquot miraculis
confirmavit: nam nunc ibi
matrona quædam opulenta,
cujus nomen non additur,
spasmo et omnium membro-
rum contractione gravissi-
mè laborans, decumberet, ita
ut nullum membrorum suum
officium facere posset, ac in
medicos, chirurgosque plu-
ma bona, sed frustra, nulla
opem sentiens contulisset, au-
dita jam viri præsentia,
qui inusitatum secum præ-
dicaret, opem jam certam
sibi pollicendo, petit se
deferri

deferri in concionem et con-
spectum Swiberti, ibi vir ille
sanctus non pharmacis me-
dicorum neque emplastris
chirurgorum, sed solo salvifico
Jesu Christi crucifixi nomi-
ne, et signata illue ea m
pristinæ sanitati, et mem-
brorum vigori, in coetu om-
nis populi restituit,
itaque jam non bajulorum
sed Jesu Christi præsidio ad-
juta alacriter ac Deum glo-
rificans domum revertit;
hac cum esset divus medico
gratificari voluit, consulente
igitur Swiberto, templum
suis sumptibus juxta ædes
suas erexit, in quo gloriæ
Jesu Christi, per cujus nomen
sanitatem corporis recepisset,

propagaretur inter gentes sacro,
velli Christiani nomen illius
sanctum invocarent, sacramen,
ta percipierent. Hoc autem
templum patrocinio S. Pauli
non immerito dicatur, nam
matrona illa nobili ipso
die conversionis S. Pauli est
ad fidem conversa, et sanita,
tem consecuta, commodum
animæ corporisque sensit;
his rationibus ego ductus
vetus templum Dominicum à
nobili matronâ ante Caroli
magni expeditionem in
Westphaliam extructum
ac S. Paulo dedicatum, sed
post subactam Westphaliam
à Carolopii viri sin unum
vetum et collegium convo,

catis

catis tanquam firmis colum-
nis in augmentum novæ reli-
gionis fultum esse crediderim. In quo cùm per fune-
sionem bonorum virorum
pietas spurium crescere t,
angustius visum est templu,
quàm quòd tanta multitu-
dini ad Christi fidem quo-
tidie concurrenti sufficere t,
ideoque novi templi
structuram agitant, ac in-
ceptam alacri studio absol-
vunt, in quo Dodo præsul
Monasterii decimus, non sine
impensis & difficultate la-
nonicos veteris sunà cum pro-
diis & redditibus transtu-
lisse legitur, qui amplissimis
muneribus à Phriseis po-
situm allatis, ac alibi
circum-

circumquaque populis novâ
religione inflammatis adeò
ditati sunt, ut vix ipsi sua mu-
tationis statum, ac opum
subito cumulatarum copiam
intelligerent; peperit enim
istis temporibus pietas opu-
lentiam, quæ nunc adulte-
rem suam concubeat.
Cum igitur opibus et divitijs
affluerent, novum illud tem-
plum à Pedone confecra-
tum a Theodorico à Wint-
berg flamma corruptum
ac à Bernardo de Holte re-
paratum magnâ ex parte
diruitur et propter populi
circumpositi frequentiam
et multitudinem multò
augustius immensis quidem
sumptibus ut videre licet,

redditur

redditur: acciti proinde
operariis ac peritissimo archi-
tecto, connectisque lapidibus
calce, lignis, aliisque ad stru-
cturam necessariis compa-
ratis, Theodoricus Comes
ab Isenburg vicesimus septi-
mus Ecclesiae Monast. Pra-
ful, anno post virginis par-
tum millesimo, ducentesi-
mo, vicesimo quinto, ipso
die Mariae Magdalenae
primum lapidem additis
urbis quibusdam conceptis
posuit, eundemque diem
celebrandum praecepit, in
quo die ad consecrationem
interfuere anni propemo-
dum triginta sex, quae
facta est à Burchardo
de

de Marcâ tricesimum pri-
mum Episcopum, qui et ipse
novo templo duas campanas
magnas â se consecratas do-
navit, facta proinde per Dodo-
nem hac fratrum seu Canoni-
corum translatione, vetus tem-
plum ita cultu divino destitu-
itur, ita translatis redditibus
et proventibus deseritur, ita
ornamentis denudatur, ut
nihil præter nudos parietes,
videatur relictum, quæ so-
litudo et vastitas, ad Borchar-
di decimi noni præsulis tem-
pora permansit, qui cultum
divinum non minuendum,
sed augendum esse censuit,
ideoque bonus ille princeps
suis impensis et sumptibus
duodecim præbendas in

eadem

eadem ædeveteri reparavit,
quarum postea unius eedibus
effructus in usum præsentium
cederent, atque hæc vocaretur
præbenda Borchardi Episcopi.
Hæ potissimum agens ut
cum præbenda fratrum esset
tenues qui plus perferrent
laboris si cum aliis careret
adminiculis seu præsidiis:
saltem plus in illo emolumen-
ti a præsidii haberent, hoc
Borchardi factum non solum
proximi in ordine sequentes
Episcopi, verum etiam Her-
mannus ejus nominis se-
cundus, Præsul vero hujus
dioceseos vicesimus quintus
anno millesimo centesimo
octagesimo quarto, nec non
Theodoricus vicesimus septi-
mus

mus literis et sigillis confir-
marunt, quare tunc primum
scilicet tempore Borchardi
duo numero et loco diversa coe-
perunt esse collegia, alterum
veteris, alterum novi templi,
atque utrumque per succes-
onem continuam piorum
virorum, magno tamen dis-
crimine ad haec nostra tem-
pora permansit, alterum
enim non nisi militaris or-
dinis et perfectae nobilitatis
viros in suo consessu patitur,
qui etiam fratres S. Walbur-
gis aliquamdiu appellati
sunt, hoc enim templum
non solum D. Pauli sed et
S. Walburgis tanquam
contutelaris divae patroci-
nio

nio consecratum fuisse dici-
tur, quòd ejus statua in cacu-
mine chori ad solis ortum su-
prà tectum posita, nunc au-
tem ab ana baptistis dejecta,
fatis declaravit, alterum
quovis, ingenuos tamen viros
admittit, quos de crimini-
causa fratres S. Pauli ple-
rique vocabant, alterum
non tantum divitiis et po-
tentiâ, sed et numero nobi-
lium canonicorum crevit,
alterum autem neque muro,
neque opibus multum esse
auctum videtur, ea tamen
suppetunt illis, unde ho-
neste pro suâ functione
vivere queant; habent et
decanum, secundarii

Deri

Gleri oratorem: / è suo in Præ-
positum vero semper eâ novi tem-
pli collegio electum, qui ma-
gnam partem proventium per-
cipit. Sed ne quis arbitretur,
templum, quod nunc vetus sup-
pellatur illud esse, quod materna
illa suggerente S. Viberto
suis sumptibus extruxit; fuit
enim colloci, ubi nunc et porti-
cus et cœmiterium presbytero-
rum, ita ut inter hoc et novum
templum exigua area pro
Sacerdotum sepultura exci-
terit, quæ nunc non omnium
defunctorum corporum ca-
pax videretur, atque novi tem-
plum luminibus majoribus sup-
ficeret, et propter vicinitatem
Domini se se mutuo, præser-
tim diebus solemnibus altius
cantando perturbarent, ide-
oque

adeoque utile fuit hoc templum removere. Proinde a Florentio 38. Præsule Episcopalis Sacelli proprietatem cum consensu Hartingi Recto-ris ejusdem impetrat, in quo veteri diruto omnia transtulerunt, ubi in hodiernum diem piis functionibus vacant. Anam autem Episcopalem S. Andreæ dicatam inde cum redditibus ad Ac-quilonare summi templi latus transponunt; Capitulum quoque majoris templi veteri Ecclesiæ prompta demigratione addit aream quandam cum ædificiis juxta episcopale Sacellum sitis, quæ Bertardis Stoyse-nerische jure hæreditario olim possedit;

possedit; Sublato igitur ad
ducto vetustissimo templo,
Basilica major, illustrior,
ac Sacerdotum coemeterium
amplius esse coepit, postea
nimia templorum vicinia,
tad vorum confusionem
peperit, porticusquoque
illustrissima tuna primum
extruitur; Haec vero episcopa,
lis auctoritas et donatio
impetrata est, atque hac
utriusque collegii transla-
tio ai. p. adhuc inita est anno mil,
lesimo, trecentesimo septu,
agesimo septimo: Sunt nunc
in hac aede quinque altaria
praeter summum, et id, quod
in Sacrario est, quibus vicarii
decem praesunt, organum
a

à multiplici vocum harmo-
niâ his versibus pariter a-
scriptis commendatur.

Hoc opus exactum cultu
radiante suavi
Quam resonat dorta
percutiente manu.

Non Cygnus moriens, sed nec
Philomela sub arbo
Tam varium dulci jun-
dit a ore melos.

Campanas proprias non ha-
bent, sed fabricis illis, seu iis de-
quibus in aede Basilicâ ad
sua officia convocentur, sin-
gulis diebus dominicis so-
lemnibus &c. ut vocant processi-
onibus, seu lustrationibus.
Canonicorum majori tem-
pli interfunt, in nomen fa-
cellanorum ac aliis diebus
festis

festis celebrioribus summum tem-
plum ingressi, sedilia Domino-
rum Dominicorum occupant,
nec aliter quàm ipsi decanen-
dum in choro destinantur, ac
pecunias p. qua presentia
appellant, cum ipsis spercii
piunt, utriusque Collegii tam
veteris, quàm novi unus est
Scholaster, unus Cantor, qui
utriusque Canonicos emanu-
pandos Dominorum cœlibus, tan-
quam ipsorum consortio di-
gnos offert, nec sine horum
præsentatione emantipatio
navitiorum fieri consuevit,
nulli tamen unquam permis-
sum fuit, in utroque Collegio
beneficia ecclesiastica posse-
dere, hi quoque ægrotantes
ex majori templo sacramen-
ta percipiunt, sine non

duas

duas sed jure, etiamsi numero
duo discrepant, unam esse
Ecclesiam quidam confirma-
vit; sunt et alia summi tem-
pli ornamenta circumque,
quæ prudens omitto.
Nunc interiorem cultum de-
scripturus illud ingredior.
Occurrit itaque primum
pavimentum, quod sectilibus
et levigatis lapidibus ad
gnomonem stratum exacta
æqualitatem ac lævorem
oculis spectantium exhibet,
tria episcoporum sepulchra
pavimento extabant, scilicet
Henrici de Swuatzenburg,
Conradi de Retberg, et Cui-
dui Saxoniæ, cujus sarco-
phagum non patrio, sed pere-
grino ac nigro marmore
fabo, insignia magnanimi
principis,

principis missa fuerant. Duplex præterea per templum medium columnarum ordo testudines utrinque ambentes fulcit, et à ruinâ præservat, qui triplicem depictarum fornicum seriem constituit, medium sublimiorem, duas verò utrinque adhærentes humiliores; hinc 4. fenestrarum ordines illustrandi officio non defuerunt. fuerunt olim in hac Basilica fenestræ vitreæ magnis principum impensis factæ, et donatæ, quæ ob multiplicem colorem gemmarum speciem præbuerunt, nunc autem per anabaptistas excussæ. Viginti tria altaria diversis dedicata divis

divis, ac largis proventibus au-
ctis dotata præsentibusque
tabulis et imaginibus exorna-
ta visuntur, quibus additur,
quod est in sacrario, nec non
alium, quod sub altera turri in
sacello S. Catharinæ dedica-
tum positum est, in quo ad eccle-
siasticæ fundationes exami-
nantur, non sine singulari
mysterio: cum S. Catharina
bonorum artium ab antiqu-
oribus præses sit habita.
Est et ad alteram partem
calidarium, in quo mysta
hyberno tempore, frigoris
pellendi causâ, vicissim se
recipiunt, ubi circum ferre-
um vel mobilem foculum can-
dentibus carbonibus illustre,
confidentes de rebus interdum
sacris

sacris interdum prophanis,
interdum a diaphonis varia
colloquia miscent, est et alius
sonus major prioris, qui pro
egenis et Pannonis hyberno
tempore impositis ab ædituo
carbonibus lucet, bonum
inter turres, ab utraque parte
ædibus roborei sproperem-
dum conclusum, cui ara
antiquam appellant chorum,
eò quòd ibidem in antiquo
ydoneo tempo~~lo~~ duorum
fuerit Chorus. Hic est quoq;
baptisterium, quod semper
post sui consecrationem jure
antiquo cujusque parochiæ
per totam urbem primum
infantem natum ad se vocat
baptizandum, nec alius
illius usus est unquam, im-
de

de eminentioris juris hoc templum aliis omnibus esse coæquatum apparet. Cum autem amplissima sit templi vastitas, Suggestum tamen est ita ex patrio marmore juxta columnam erectum, et ligneo tegumento magna arte excisso apertum est, ut vox circumstantica emissa non statim sonitibus excepta dissipetur et evanescat; sed humilius repercussa statim auditorum aures ferial. Ante horum duo effigies à fratre Franone Lutphanico altera Dei Genitricis, altera S. Joannis Baptistæ agnum Dei digito monstrantis imaginem referens tanto erant artificio in tabulis exarata, ut præstantissimo

mod

mos quosque pictores in stu-
porem traxerint, ex globis
perforatis tempore obsidio-
nis ab anabaptistis foris
facta sunt. Organa duo
dispari harmonis tamen con-
centu magnis impensis con-
structa, tempore anabapti-
stico destructa sunt, quo-
rum solum reparatum est.
Per circuitum chori Sybil-
larum vaticinia cum earum
imaginibus admirandâ
arte per certa intervalla â
se invicem positâ dispo-
totum denique templum
sculptis imaginibus fuit
plenum, passim in pari-
tibus et columnis dispo-
sitis, quæ furore anabaptistico

fracta

fracta et comminuta nusquam
apparent. Domus Capitu-
laris, in quam Domini de reb⁹
grauioribus conferri, fe re-
cipere solent, septentrionem
spectat, intus circa pariete⁹
robore sectili elevigato ob-
ducta, cui Dominorum à ma-
joribus propagata nobilita-
tis insignia et arma docta ma-
nu inisa conspiciun-
tur, porrica, obsequio suo,
in quam cunque partem
te flectere velis paret. Bi-
bliotheca in superiori ta-
bulato, ad dextram parum
est instructa, cum tantum
habeat quondam authore⁹
ex donatione Hermanni
Rufchii de nobili genere
orti

orti ac viri citra controversiam
doctissimi Pöcleque Lauroin,
signibi ac Domini Rutgeri Sim;
singi Decani veterem autem
instructissimam et irrecuperee,
bilem thesaurum omnem totius
Hesperiae Bibliothecas no,
bilitate authorum, et antiqui,
tate librorum superantem,
flamma cum paradiso ejus
repositorio Anno 1527. die
9ma Septembr. absumpsit,
in eâ enim autographa mul,
torum authorum ex libris,
ex corticibus arborum pacta,
conservata fuisse dicuntur.
Nec horologium praetereun,
dum censeo, quod ante
anabaptisticum furorem
magno ingenio elaboratum
Collegii ai templi majesta,

tem

tem non parum auxit: sed
jam non minori arte perindu-
striam et operam Theodorici
Zwivelii civis, ac P. Joannis
aquensis monachi Mathema-
ticorum, nec non Nicolai
Spindemaker fabri ferrarii
reparatum comperimus; in
quo non solum index horas
per sua puncta distinguen-
movetur, neque tantum pri-
mi nobilis velocissima agitatio
inferiores sphæras motu di-
urno secum rapiens, sed et-
am singularum planetarii
motus proprius sub Zodiaco
per signa et gradus suos,
solisque ascensus descensusque
per Zodiacum ac incremen-
tum, decrementumque lunæ
atque alia plurima, quæ
prius

prudens brevitatis causâ
omitto, adoculum demonstra-
tur; supra indicem Trium
Magorum Jesse, cum mi-
tris suis Stella in sublime
procedente munera nato Regi
offerentes prodeunt, quæ puer
in gremio Mariæ hærens be-
nigno quodam nutu excipit,
cymbalis interim hymnum
sonantibus, quæ omnia ho-
rologii arte agitantur; in-
ferius rotula tardo circum-
agitur motu, cui omnium
mensium dierum, & festo-
rum nomina inscripta per
cancellos leguntur. Hujus
contra D. Pauli effigies
affixa semper præsentem
diem demonstrat, adal-

terum

terum latus duo sunt stabuli
altera fœmellæ, altera mas-
culi, quorum hic cornu cu
motu mox inflat, inflatum-
que mulierculo quasi per
jocum objicit; illa verò que
si joci impatiens, elato mal-
leolo, quem dextrâ tenet
secundo ictu cornu objecto
ferire parat, sed dum mas-
culus inter feriendum cor-
nu subtrahit, illa per virum
illusa pro cornu nolam
in medio pendentem, percutit,
atque ita iteratis ictibus
numerantur horæ, et eodem
momento filum æneum
superioris campanæ mal-
leum majoris ponderis stra-
hens eidem grandiorem
invitat,

invitat, hoc autem honorificum ne artis excellentia hominesrudes lateat, M. Joannes Wilckinus Gravius Mathematicus insignis et bonarum litterarum professor diligentissimus nunc sollicite et accurate regit, chorum a solis exortum communi templi gravamento per gradus pertes auro inter columnas attollitur, et a reliqua parte templi undique lapidei sepes, columellisque contorti et politis discernitur, insigne opus et auri ingenio inter duas templi columnas effectum ocasum spectat, columnis arrubusque sus-

tenta-

tentatum. Duos ad chorum
inferius aperit ingressus, su-
perius vero supra fornices, te-
vigato lapide stratum atq;
ita utrinque repagulis, clau-
sibus stupeum ac muni-
tum est, ut sine casus for-
nicis aliquam hominum mul-
titudinem capiat, in superio-
re propemodum margine hujus
operis ad templum duodecim
Apostolorum effigies ex pa-
rio marmore Phidii artifi-
cis manu ac tenui torno
elaboratae oculos intuentium
aliquamdiu remorantur, ide-
oque Apostolorum transitus
vulgus vocat. In cujus medio
crucifixi imago stat suspen-
sa, alteram partem ad cho-
rum multiplici figura in-

terpositis

terpositis columellis non mi-
nori arte excisa fuleiunt et
ornant; duæ huic operi co-
chleæ utrinque juxta co-
lumnas templi adhærent,
quarum pallia in orbem
ducta ex eodem marmoris
genere, ita climata atque
expolita, ita turriculis prin-
nisque in stat coronæ exquisi-
tæ artis industriâ excultæ
gradus ambiunt, ut cujus,
vis auri faber manum, si non
superare, certe æquare vide-
antur, ut semel dicam, tanta
est hujus operis nitor, tanta
elegantia, ut quivis etiam
artifex artis nomine in
stuporem et admirationem
rapiat; in hujus operis fasti-
gio

giv mysterii sacra minister
Evangelium canere consuevit.
in hoc autem choro triplex
psallentium clericorum ordo
per sedilia et pulpita com-
modissime distinguitur.
Supremus ordo suspensis ta-
petibus interdum exorna-
tus dominicos Domino ad-
pro cujuscunque dignitati
gradu excipit, proximus
tot vicarios habet, inter qua
praecentor nodosum scipio-
nem quatiens canentes regit,
inferius vero cantores vigin-
ti quatuor: quos Camerales
vocant; et pueros de Scholâ
ad canendum accitos con-
tinet. In quatuor chori an-
gulis Evangelistarum sta-
tua Evangeliorum libros ad

in

in manibus retinentes columnas fulcire videntur, inde duæ aliæ collocantur columnæ chori testudinem sustentantes, in quarum quæ est ad dexteram D. Paulus, ad sinistram Petrus Simonem magnum colaudant, admonentes eum hunc Dominorum actum nullam simoniacam labem admittendam, in alterâ quoque chori parte Dominici corporis repositorium in stat turriculæ variis pinnis excisum eminet, è choro psallentium ministrarum per gradus pauculos ad summum altare, auro, argento, gemmisque ante anabaptismum insigniter ornatum sit ascensus, in cujus circuitu effigies patrum quorundam veteris

veteris testamenti sacrificantium paululum è pavimento elata visuntur, Abel agnum offert his verbis:

De grege primitias agnum tibi munus opimum
In sublime ferat pinguis
Sacer ignis abarâ
Cain stipula sinanes
Ex agro tenuem demessum
Salue manipli dum
Profero nec pingues aris
Dabo munus arista
Melchisedech panem vi-
numque Aaron vero thus
Mystica nos panem vina et
pia thura sacramus.

Supra horum statuas spaculum altius per circuitum summi altaris novem Jones chores Angelorum repra-
sentantes, et in manibus can-

candelas candelabri simpo-
sibi gestantes per certa inter-
stitia, auro, argento, aliisque
coloribus expolita confistunt,
in testudine chori Trinitatis
imago, aliorumque sancto-
rum simulachra, ac stella-
rum forma per cœruleum
colorem gravissimè relucent.
taceo hic innumera lumina-
ria in circuitu et chori et
altaris, taceo candelabra
luci dissima, taceo vexilla
amplissima, taceo thuri-
bula nitidissima, taceo
pallia sacra purissima,
taceo aurea argentea que
vasa splendidissima, ta-
ceo reliqua diversi generis
ornamenta populum ad
tremenda misteria insta-
mean-

mantia, taceo campi do-
minii gratissimam amœ-
nitatem, quæ omnia urbis
loca facile superat; hunc
enim non solum Basilica
splendidissima structura,
verum etiam insignia Do-
minorum palatia circum-
quaque magnificissimis
ptibus erecta multo jucun-
dissime redunt, taceo
phyliras seu tibias, taceo
amplissimum prospectum,
taceo gramina passimena-
ta, taceo obambulantium,
et sermones miscentium
frequentiam, conspectuumq;
diversorum varietatem,
quæ omnia amœnitatem
plurimum augent; sed

si

si cuncta hæc calamo persequi
velim, nauseam et fastidium
legenti sine dubio peperero.
Sua tamen templa propter
illud summum in hoc quoque
campo sita prætereire non
possum; quorum unum
in prospectu paradisi ex
patrio marmore magnâ
arte cum illustri extructum
ac D. Jacobo dedicatum
parochiale templum est
pro familiâ Dominorum
in hoc campo circumquaque
habitantium baptisterio p.
cum nullus sit ejus usus /
carens, hoc enim ille negs
matrimonio legitimè copu,
latos, nequenulla spuerpe,
ra spatietur; aguntnamqs
omne

omnes vitam calibem, ex
miteria duo, quorum alterū
funera familiæ Pomeriorū,
alterum verò cantorum sum
mæ ædis contumulata ca
pit, in angiportu ad meridi
em ingredimur, aliud sa
cellum, quod Odinga nobi
lis matrona de Beuren
huius sumptibus Arnpensis
D. Margarethæ conse
cratum in horto, quem jure
proprietatis incoluit, olim
rexit, reddituibusque
ditavit. Hæc moriens jus
sum pietatis ergo in cæpi
tulum eâ lege transtulit,
ut ecclesiasticorum bene
ficiorum à se fundato
rum collationes, penes du
mus

mus inhabitatorem semper
remanerent. Pertium verò
templum ad Septentrionem
situm, ac S. Nicolao in au,
guratum, columnisque
erectibus suffultum praeter
turricula lapidea tecto
extantem, aliquot altaribus,
imaginibusque marmoreis
inuisis, et picturis fenestris
exornatur; inde in propin,
quo aedificium est, 26. pe,
des in longum protractum,
cujus subterraneam cel,
lam olim vini, cervisiae,
aliorumque potuum apo,
thecam, ac in proximo ta,
bulato Symphagodochium
Dominorum fuisse, in quo
communi mensâ ac con,
victu.

vicis usi sunt, et refectorii appellatio et antiquitatis monumenta satis arguunt. Eadem vero hæc structura in triplicem usum nunc conversa est: nam tam hypogion, quàm primum tabulatum Scholæ publicæ juventus, medium autem cantores summæ cedis occupant, quod per cubicula ipsi quæ isti Camerados vocant, distinguitur, unde Camerales vulgò Tirmonergeu appellantur, supremum verò tabulatum subtecto, granarium Dominorum est. Sed cum hæc domus præ angustiâ non omnes cantores capiat, proinde

et

et aliam schola vicinam,
imò contiguam inhabitant.
Sunt autem Camerales nu-
mero viginti quatuor pe-
culiare collegium habentes,
habent enim suum Sca-
num, habent suas leges,
habent suum coquum,
culinaque præfectum, quem
prægustatorem nuncupant,
habent suum promum,
qui et publicè cervisia ven-
dendi, sibi, suisque collegis
quantum placet, commu-
ni mensâ, communi cali-
dario seu hypocausto,
vestitu, ad talos usque demis-
so lineis interdum stolis,
interdum cucullis lanei-
is ac

ac candelis, chorum in-
gressui more aliorum mi-
starum utuntur, horum
officium est, ut tam noctur-
nis, quàm diurnis hymnis
decantandis vacent, unde
victum necessaria praeter
potum sibi comparant ac
curantur, precum matu-
tinarum negligentia pri-
vatione prandy punitur,
in hoc cantorum collegi-
um nulli admittuntur,
nisi voce, et canendi peri-
tiâ polleant, ac celibatum
profiteantur. Si autem
aliquis eorum sanctis fue-
rit pator unius Commessa-
tionis sumptibus mulcta-
tur, habet tamen hanc
praero-

prærogativam, ut primam
obbam cerevisiæ mulctæ
plenam puerpera sibi mit-
tere liceat, atque his impen-
sis honestum nomen re-
dimit, omnemque prioris
culpæ maculam diluit,
nisi se legitimo conjungio
contra morem hujus col-
legii contaminaverit, quo
se ipsos collegio excludunt,
seniores concessu et digni-
tate præferuntur, juniores
vero discendi causâ lit-
terarum studiis aut scho-
læ publicæ mancipan-
tur, unde singulis anni
loco minervalis 12. solidi schol.
numerantur, si nulla
peculiaris voti religione
obstrin-

obstringuntur, quæ se ubi
velint non possint eximere,
nam cum officio omnem
quoque voti necessitatem
deponunt, libertatique
pristinæ se restituunt,
ac maritis fieri possunt;
sed ne dum brevis esse la-
boro, propositi mei ratio-
nem excedam, et legenti
insultâ illius aqueverbo-
rum moles fastidium in-
geram, ea quæ de templo-
rum descriptione exca-
vare decrevi, Laconicos
exequar.

Post templum
Dominicum offert se
nobis primò splendida
cum

cum Coenobio virginum
nobilium Aedes antiqui-
tate reliquas praecellens, ac
transamnem Alpham
ab Hermanno ejus nominis
primo, Decimo quarto Dra,
sole monasterium extructa,
atque Deiparae Virgini con-
secrata, quem olim in initio
crescentis fidei nuncupata
fuit. Moniambal, cum
Mariae virgini sit dedi-
cata, ac in valle quodam
modo, declivioque loco
urbis sita; cum autem
structuram hujus tem-
pli ac Monasterii Epis-
copus suis impensis ab-
solvisset, ac praediis, lo-
nisque

nisque multis in sustentatio-
nem vestalium dotes set,
collecto tandem virginum
nobilium coetu, illud exor-
navit, et sororem suam hui
praficit, archivestalemque
constituit. Hinc anno
Domini millesimo qua-
dragesimo primo, quarto
Calendas Januarii re-
gnante et presente Hen-
rico Imperatore ejus no-
ministerio consecratum
est summum altare ab
Hermanno Archiepiscopo
Coloniensi, ministrantibus
Adelbrando Archiepis-
copo Bremensi et Bru-
none Episcopo Mindensi
in honorem sanctæ Cruc
et

S. Mariæ Virginis, Bardo
Archiepiscopus Moguntinen-
sis in præsentiâ Switge-
ri Bambergensis, qui pri-
mea Pontifex maximus
creatur, et Pethmari Hil-
desiensis Episcopi, austra-
le altare S. Joannis Ba-
ptistæ ac omnibus San-
ctis dedicavit, Aram Si-
quilonarem Hunfridus
Archiepiscopus Corthe-
nopolitanus assistentibus
Carrone Tirecensi et Al-
verno Osnabrugensi Præsu-
libus S. Joanni Evangeli-
o prædicto consecravit; occi-
dentale vero altare inau-
guratum auspiciis sanctо-
rum Petri et Pauli ab

Her-

136

Hermanno Monasterii Episcopo, hujus cœnobii fundatore architectoque, præsentibus Assistentibus Hildebardo Leodiensi ac Rodolpho Slesvicensi præsulibus; in hac celeberrimâ dedicatione Episcoporumque præsentiâ Henricus Imperator prædium opimum virginibus in sustentationem perpetuo modus prælendo donavit. His omnibus ita comparatis à tempore consecrationis cœnobium aliquamdiu incolume stetit, virgineseque divino cultui, hymnisque decantandis vacantes, exceptâ pietatem ad annum tricesimum perduxerunt,

quibus

quibus exactis anno mille,
simo Septuagesimoprimo,
felix suscepta religionis
cursus aliquantisper inter,
ruptus impeditur, et adtem,
pus suspenditur: nam to,
tam hujus coenobii templi,
que structuram propter
lapidum moles incendiu
in Aprili exortum penitus
absumpsit; sed omnia
fere intra annos 14. medi,
ori cultu in ~~aspectu~~ repa,
rantur; ut anno 1085. 3. i,
dus Januarii Henrico 4.
imperium Rom. adminis,
trante Monasterii pars
occidentalis sit abinte,
gro, Ezelonem praesulem
Diocesis consecrata, eodem
quoque

quoque anno 8. Calendas
Aprilis, Altare in Sacello
Hierusalem appellato c'in-
cendio pollutum, Idem ille
Ipso consecrat. Hoc autem
Sacellum ipsum templum
Dominicum antiquita-
te praecelluisse crediderim.
Legimus enim S. Swiber-
tum ante tempora Caroli
Magni, cum quibusdam
piis viris ad Sacerdotibu
sui Monasterii, et in lovi
finitimis Christum ma-
gnâ cum fiduciâ non
solum domuisse, sed et
multos ad fidem amplexan-
dam per suaviloquentiam
suam et dicta miracula
convertisse templaque
ali-

aliquid, ut restum ferebant,
conferasse, atque Christiani
interdum pietatis formandæ
studio convenerant, proinde
non dubito, hoc Sacellum
quoque ante Caroli in Hest.
Thaliam expeditionem ex-
tructum fuisse, quod etiam
S. Ludgerus Protopræsul
Monast. Billerbeca post
mortem huc delatus ac
viginti dies sine sepultura
in eo conquiescens, sangui-
ne suo e naribus in adventu
Hildegrini germanis fra-
tris sui Præsulis Halber-
stadensis fluxo confer-
vavit, unde non jam Hie-
rusalem, sed S. Ludgeri
Sacellum in hodiernum
diem

diem nuncupatur, quod et multis olim reliquiis fu-
it illustratum, Templum
verò ipsum ac altare anno
1086. 9. calend. Januarii
iterum conseerantur, Sacel-
lum meridionale anno
1087. 9. Calendas Februarii,
aquilonare verò anno sue-
pra millesimum 88. ipsis
Calend. Februarii chori
ante virginum eodem an-
no 17. Calend. Septemb.
ab eodem Trepone gra-
tuitò conseerantur, hanc
eandem structuram post
aliquot annos facesa
Theodoro de Wirtzeburg
decimo octavo Episcopo
urbi

urbi injecta cum omnibus
aliis templis, ædificiisque
privatis perdiderunt, aut
in famillam commutarunt.
Gozhardus verò de Hoithe
19. Præsul reparationi
exustarum ædium, hujus
cœnobii intentus, eam non
absolvit, sed morte præven-
ta Ogberto Successori suo
consummandam reliquit,
qui postea omnia ma-
gnificè absolvisset virgines
passim inter amicos et
sanguine sibi junctos à
tempore incendii vagan-
tes revocat. Sed cum
inter suos aliquamdiu
licentiùs et solentiùs
agere

agere didicissent, episco-
pali revocationi multùm
reluctantur; assueta enim
libertati à carcere abhor-
rent; tamen cùm ecclesiastica
fulmina serio rebellibus
minitaretur, magnâ cum
difficultate tandem, quod
voluit, effecit: reversa sig-
tur arctioni custodiâ con-
clusit.

Anno 1340. tempore Lu-
dovici de Hasia ~~Dni~~ 35.
prafulis, templum cum
turri totius parochiæ jam
numero ac divitiis auctæ
sumptibus multò augusti-
us ac splendidius, quàm
antea fuerat, redditur.
Et alia facies templi altæ-
rium q3

rium que coepit esse, quod in hodiernum diem perdurat. Virgines hujus coenobii non minus nobiles sunt, quam summae aedis Dominici Sanctimoniales; inferiores enim nobilitate ab earum coetu repelluntur, ideoque neque civium neque patricium urbis filiae in eum ordinem unquam admittuntur, perpetuam virginitatem Deo jovent, hymnis ac laudibus sin Dei gloriam decantandis vacant. Ius eligendi Archivestalem sive Abatissam habent, quam olim non ex sui ordinis nobilitate,

sed

sed aliunde ex eminentiori
comitum sanguine elegerant,
quo etiam tempore virgines
non communi, ut nunc, mensa
sa utebantur, sed quaelibet
sibi privatim in suo recepta-
culo, allatis e cucina Bono-
nia seu Archivestalis epulis
vivebat. Quam rem
cum licentiùs agendi occa-
sionem quodammodo pra-
beret, Joannes Bavarus
44. Episcopus commu-
tare, arctioremque vivendi
normam praescribere de-
crevit, ideoque anno 1460
per liberam electionem
filiam Comitis de Wenther
Archivestalem de more
designatam non con-
firma-

confirmavit, nec ejus electioni
authorem esse voluit. In hujus
igitur locum Richmodam de
Horst ex cœnobio Marcha-
corum Bolonienſi magnis
sumptibus et impensis trans-
~~xxxx~~ anerum virginum acces-
sita ac transvecta authoritate
et jussu Episcopi possibili-
tur, ac tunc invecti sarcio-
bus gremi repagulisque prior
vitæ lascita, non nihil com-
mutata constringitur, ac
unius mensæ convectu communis
introducitur. hac Abbatissa
defuncta Anno 1461. è suo
gremio ac coetu; quod antea
fieri non consueverat; Jo-
dam ab Hoevell eligunt,
atque huic electioni Jo-

anne

annes Bavarus authoritatem
sua episcopalem interposuit.
Jocum et hæc extremum dau
fisset diem vestales vetustatis
admodum tenaces, ac pris
stina libertatis recuperandæ
studio incitatæ adantiquæ
cligendi consuetudinem ac
Domitium sanguine Archi
vestalem relabuntur, ac in
stanter hoc agunt, ut jugum
reformationis, arctioris que
vitæ repagulum excutiant,
atque tollant. Verùm cùm
et hæc non multò post electi
onem decessisset, ac interea
resignatione Joannis Ba
vari p. qui Archiepiscopa
tum Magdeburgensem
Monast. Ecclesiæ prætulit,
ad Interreges Diœcesis ad
mini

ministratio rediisset; quos Commissarios vocant, quorum imperium ad novam electionem seu postulationem, ejusque pontificiam confirmationem prorogari solet. Hi igitur cum authoritate postulati generosi Principis de Swartzeburg; qui non minus, quàm Joannes Bavarus reformationi virginea intentus fuerat; Archivalem è coenobio Aegidiano evocatam invitis Sanctpluvianis obtrudunt, atque pro sua authoritate simul decernunt: ut quacunque actionis vitæ jugum detrectantes exire mallent,

singuli

singulis annis 20. florenos
in sustentationis sua profi-
dium acciperent, qua vero
manere vellent, de more no-
vellarum vestalium, vitæ jam
susceptæ institutum peran-
num integrum experirentur,
quo elapso, si tunc imbecil-
les ad illud vitæ genus am-
plexandum, atque in eo
esse perseverandum judica-
rent, cùm bona gratia sine
ullius infamiæ maculâ
exirent; sed cum ista res
ad aliquot annos ancipiti
motu volueretur, placuit
tandem eam certo fine
concludi.

Annoigitur 1483. per
Henr:

Henr: de Swartzeburg 45.

Monast: Ecclesiæ Fra-
lem ipso die Bonifacii re-
formantur, concluduntur.
perfecit proinde bonus Prin-
ceps, quod alii frustra aliquo-
ties tentaverunt, atque is
habitus Monasterii Fran-
fluvianistium abante Regu-
lam S. Benedicti profiteri
compelluntur. In hunc usque
diem per bonarum ac pudi-
carum Archivestalium fuc-
cessionem continuâ serie per-
mansisset, nisi furor ana-
baptisticus interveniu eum
paululum interrupisset.
Semplimajestas effre-
quentis incendii jacturâ
plurimum sit repressa,

sem-

Semper tamen vetus quasi no-
vâ ignis clade purgatum, illu-
strius resurgit, ac tandem
in hanc præsentem formam
extruitur, quæ non modo in-
signivit, sed tum foris, quàm
intus magnifica, plumbeis lami-
nis contegitur, depicta sfo-
nices, columnæ altissimæ su-
stentant, Chorus virginum
adornatum, et Dominorum
adytum solis, utrque canoro,
et variis divinorum imagini-
bus exornatur. Organum dis-
pariorum symphoniâ virgi-
nes cantui tam suavi interven-
tu distinguit, ut non hominum
instrumentorumque humanâ
industriâ factorum, sed orbi-
um cœlestium harmicos con-
centus cum Pithagonâ te

audire

audire affirmarej; turris est
altissima, et intus ejusdem levi-
gatis lapidibus extructa, cujus
unum receptaculum valvis
roboreis satis firmis conclu-
ditur, utrumque cochlea à
radice infimâ ad summum
basis protenditur, ubi pluri-
mis pinnaculis, turriculisque
doctâ arte excisis circuitus
munitur, ac circumeuntes
abimprudente lapsu præser-
vat. Inde pyramis, tegulis
nigris tecta, admirando fasti-
gio nubes ipsas penetrare vi-
deretur, quæ quandam ante
Anabaptisticam demolitio-
nem duodecim miliaria Hest-
phalica longa satis, quan-
quam in valle sita, oculos
spectantium in sui admira-
tionem

tionem

tionem convertit. Non est enim in urbe altior splendi, diorque et firmior turris sulla puic Monaster: Parœcia accolarum circumquaque ædificantium accessit, pau, latumque ad eum numeru, magnitudinemque, quam nunc serius propagata et aucta est, non solum qu hanc parœciam pertinent, qui muris urbis concludun, tur, sed et plurimi agricolæ foris passim, intra Archi, vestalis limites habitantes. Data est Archivestalis authoritas, ut non tantum extra urbem, sed et in urbe peculiaria quadam jura et privilegia habeat. Habet enim

enim asylum seu immunitatis
locum cæsareo diplomate et
longo usu confirmatum, atque
siquis etiam capitali flagitio
obnoxius confugiat, à magi-
stratu invitus inde non exci-
mitur. Sed annum et diem,
si interea non evaserit, ejulis
cœnobii de consuetudine ali-
tur, quod initio nascentis cœ-
nobii ab Imperatore Hemo-
niæ agente in gratiam civi-
um et augmentum novæ urbis
facilè impetrari potuit, quæ
re usu et infinitis exemplis
corroborata, à majoribus
nostris ad nos derivata pro-
fluxit, habet divini verbi
prædicandi Sacerdos parochiæ
Archidiaconum, quem Ce-
canu

canum appellant, cum duo-
bus Sacellanis, qui Archivesta-
lis epulis et impensis aluntur,
habuit et ante motum Ana-
baptisticum suum tribunal
juxta coemiterium templi,
ad exortum solis sumptibus
Coenobii erectum, cujus no-
mine in hunc usque diem
novem solidos Archivestalis
à Senatu percipit. In hoc
autem judicio diebus Lunæ
ac Veneris stricti solum pa-
roeciarum colarum causæ,
tam criminales, quàm civi-
les, pereundem judicem,
qui in foro publico profi-
debat, agitabantur, ...
nec licuit cuiquam paro-
chianorum quenquam ad

alium

aliud tribunal invitum tra-
here, ob flagitium capitale
ibi comprehensos, aliis carce-
ribus, quam istius parochiæ
concludi permittebatur. nam
ad portam B. Virgini con-
secratam vel judaicam
deducto quæstionibus subji-
cebantur, hujus inde tribu-
nalis censuram publicam
in omnium Senatorum cir-
cumquaque stantium præ-
sentiâ perferebant. Gladio
adjudicatis supplicii locus
fuerat Pucksburgum pla-
nitiei extra portam B. Virgi-
nis in circuli formam emi-
nentior, undique salicibus
consita, at in medio gra-
minibus floribusque venatis
amœ-

amoenissima. ad crucem
verò, vel ad aliud genus mortis
condemnati à fornacetaria
tertia perpetrati flagitii
poenas luebant. Habuit
et hæc parochia in alterâ
parte cœmiterii ad solis ortum
casam suam forum, in quo
præter omnis generis mer-
ces, pignora quoque autho-
ritate hujus judicii capta
non aliter, quàm in foro
publico sunt distracta,
neque hîc deest palus in-
fâmiæ, ad quem alligati
levioribus delictis contami-
nati infamiâ notantur,
habet et hoc privilegium,
ut nullum sonus, quantum,
vis etiam ipse sinus principis,

si

si hanc parœciam tetigerit,
afferri patiatur, sed vel ad templum, si impetretur, vel ad commune cœmiterium deferatur,
unde cum non solum fratres Sonti Salienti, sed etiam præfectus stochodochy Mariæ
Magdalenæ dedicati, ac in eadem parochiâ inter duos pontes siti, jus sibi funera
sua propriæ sepulturæ inferre templumque proprium habe,
re contenderent, inter ipsos et Archiestalem transfluvi,
anam acerrimæ lites sunt exortæ, quæ per tabulas utrim,
que benè saginatos, ad Rom:
Curiam tandem sunt per,
tractæ, ubi cùm dubio even,
tu diu hæreret, ac utriusque

partis

partis ærarium gravissimis
sumptibus exhaurirent, tan-
dem decreto Summi Pontifi-
cis fratres Pontis falientis
victores extitere. Qua victo-
ria citius Archivestali, quàm
fratribus nunciaretur, proti-
nus boni viri à Virginibus
callidè subornantur, quorum
pacifico interventu contro-
versia, quam fratres anxi-
piti lite adhuc pendere
arbitrati sunt, transactio-
ne his legibus dirimitur,
ac in perpetuum sopitur,
ut fratres jus privata se-
pultura, templique proprii
singulis annis munere
oblato ab Archivestali
redimerent. Præfectus

verò

verò ptochodochij minime
cepit, sed sperat se callide
effecturum, quod volebat, ide,
oque ptochodochy nomine Gre,
gorio Pontifici maximo
proeâ re impetrandâ in
ipso litium fluctu supplii,
cat. Pontifex verò, ut erat
vir prudens, Ludolpho
piscopo 8. Brasili Non.
in hæc verba rescripsit:
Gregorius Episcopus
Servus Servorum Dei, Vene,
rabili Fratri Episcopo Mo,
nast. Salutem et Aposto,
licam benedictionem. Di,
lecti Filii mag. et Fratres
hospitalis S. Mariæ Mag,
dalenæ nobis humiliter
supplicarunt, ut ipsis in

Capel,

Capellulâ suâ proprium
Capellanum, qui eis Eccle-
siastica exhibeat Sacramenta,
nec non coemiterium haben-
di ad opus fratrum et hospi-
tum ibi decedentium licen-
tiam concedere dignaremur.
Volo hoc igitur tibi deferre,
qui loci Processa mus ex ipsis
fraternitati tuæ per apostol-
lica scripta mandamus,
quatenus eis, si impedire
videris, postulata conce-
das, sine juris præjudicio
alieno. Cum verò Epis-
copus hoc non possit conce-
di, sine juris alterius di-
minutione animadverte-
ret, Ecclesiasticoque ti-
meret, hisce litibus se cum
Capi-

Capitulo Majoris templi
ai Senatu urbis interpositi,
quorum pacifico interventu
Ptochodochium, et propriam
Sacramentorum administra,
tionem, et suorum Sepultu,
ram privatam Anno mille,
simo Ducentesimo, quadra,
gesimo sub Innocentio 3.
per transactionem obti,
nuit. Fuit aliquondam
controversia bonorum in,
ter hoc Ptochodochium
et Coenobium Agidianū,
quo tempore Vida Monast.
istius gubernacula teneret.
Hoc autem Ptochodochi,
um ā quo cœperit, quisve
potissimus ejus author et
fundator

fundator fuerit, mihi non
constat, sed antiquius illud
esse coenobio transfluviano
crediderim: cùm ante Ster-
manni primi tempora, qui
coenobium fundavit, Fri-
dus 13. Episcopus Anno
1022. quaedam bona illi
contulerit. Caellum ta-
men Xenodochii multo
post extructum esse non
ambigo. Fuit olim tam
Xenodochium quàm No-
socomium, hoc est, locus
in quo peregrini ac infir-
mi pauperes alebantur;
nunc verò est Ptochotro-
phium et gerontoconi-
um vel receptaculum,
ubi

ubi inopes et senes utriusq;
sexus è civium numero curan-
tur, fovent et sustentantur.
nemo enim hisce temporibus
in illud recipitur, nisi inopia
oppressus, jura civitatis ad
aliquot annos habuerit. Hoc
autem per piorum virorum
liberalitatem tam nobilium,
quàm ignobilium ac Opi-
corum sibi mutuo Succe-
dentium munificentiam
favoremque opibus privile-
giisque plurimum crevit.
Nam ut reliquos Princi-
pes praeteream, Hermannus
ejus nominis 2^dus 22: Epis-
sul Monast: praeter alia
praedia, quae huic contulit
arcas

arcas quoque inter duos lapi-
deos pontes sitas, ac ad Xe-
nodochium pertinentes, ab
omni gravamine et exactio-
ne civili liberas ac immunes
anno millesimo centesimo
octogesimo secto fecit. Et
ne in Xenodochio decedentes,
res suas testamento alienent,
sed ibidem in proventum aug-
mentumque relinquant, con-
stituit. Statuit praterea
sive quis sit Praefectus, sive
incluſus, sive conversus, vel
etiam clericus chori contu-
bernalem habeat, ne quod
solatium societati debeat
decesse, ac illicita voluptatis
luxum transeat, hinveri-
denter constare potest. Quis,

copos

copos olim jus Xenodochii ha-
buisse. Quod nunc totum
ad urbis Senatum ante annū
1330. ita translatum est,
ut nunc hospitale civitatis
Mon: appelletur Apenes il-
lum Solum Asinopes recipi-
endi et pastorem, praefectum
seu oeconomum constituen-
di, removendique si potesta-
Duos qui ex Senatorio ordi-
ne huic Xenodochio pra-
sunt, provisores vocant, pene
hos est singulis annis ab
oeconomo rationem admi-
nistrati officii exigere, atq;
ita pauperibus prospicere,
ut omnia honeste, et ad Dei
gloriam, et ad inopum emo-
lumen-

lumentum agantur, neve quic
detrimenti domus ista capiat.
Anno 1305. ex Senatorio ordine
dati sunt huic Xenodochio
provisores, cum antea tem-
pora civium habuerit numero
procuratores, atque ita cum
personarum commutatione
officii nomen commutatum
est. Sunt praterea tria
virorum Monasteria, quæ
non quod antiquitate reliqua
templa præcellant, sed quia
hujus parochiæ ambitu con-
cludantur, paucis descri-
bam; rectius enim me factu-
rum existimavi, si certo ordi-
ne singula persecutus fuero,
quam si eo neglecto huc illuc
erravero, omniaque temere
miscuero. Inter hæc digni-
tate

tate præcipuum est, quod S.
~~Gregorio~~ Georgio dedicatu,
Equestris et militaris ordinis
viros complectitur, quos Teu-
tonicos Dominos vulgus vocat,
vel quod Teutonicum omnibus
aliis linguis præferant, vel
quod Teutonicæ nobilitatis
sint præcipui, ac fidem Chri-
stianam in Germaniâ tue-
entur, originem suam in
hac urbe cum ipsi nesciant,
aut nescire velint, frustra
ego in eâ investiganda de-
sudo. Ordo tamen eorum
sub Gregorio 9. Anno 1216.
cœpit; hi non temere pluri-
bus opibus ditati, candido
sagulo nigra cruce insigni-
to incedunt: nam religioni

ceps sancti

lapsanti, et crucis Christi oppressa, ac hæreticorum labe denigrata, præsentem opem armati adferre, eamque ab hæreticorum impressione defendere ac vindicare merito debebunt. Inter hos quoque sunt inferioris ordinis sacerdotes, qui non armis externis, ut equestres, sed assiduis precibus adversus hostes crucis Christi decertant, divinisque officiis munipati domi relinquuntur, ut utrisque armis religioni periclitanti per hunc Teutonicorum ordinem succurratur; hi amœnissimum amplissimumque locum urbis occupante, juxta

utramque Alphæ ripam con-
fident, ædificiaque magnifica
habent, atque in eodem flu-
mine jus piscandi extra ur-
bem ad magnum spatium tu-
entur. Duæ ipsorum molæ, altera
frumentaria, altera olearia
flumen ita utrimque constrin-
gunt atque coërcent, ut utraque
suum officium rectè faciat.
quæ ab ipso Die S. Michaëlis
ad festum Pascha jus moden-
di tantum habent, quod æstivo
tempore publicæ utilitatis
causâ ipsis adimitur, ne aqua
repagulis molarum retenta
excrescat, pascuisque
extra urbem officiat. Fem-
plum habent satis commodum,
et fori et intus mediocriter
exornatum, et præter Statuã

S.

Georgii Praconicid. aliis quoque imaginibus depictum.

In propinquo loco est immunitatis Zirkinzee Deogominatus, quem quot quot habitant, ab omni gravamine civili sunt immunes; neque enim huc Senatus jurisdictionem extendi familia Bischopingana, ejusque successio patitur, hujus autem loci jurisdictionem vidua defuncti Joannis Kerckerinck matrona Bischopinga, ne originis prorsus de nomine impositum esse putatur: jure hereditario nunc tuetur.

Secundum in hac parocia monasterium est Patrum fontis Salientis, cujus venerandus Dominus Henricus de

de Thusianâ familiâ oriun-
dus, ac Dominicii templi Vi-
carius sub Martino ejus nomini
5. Pontifice maximo primus
author fuit, qui cum ipse pie-
tati et honestis exercitiis
plurimum fuisset addictus,
singulari suâ sanctimonia
et morum gravitate eximia
viros sibi similes facilè le
allicit, allecto sin vitæ com-
munis societatem familiari-
ter invitat, ac eo tandem
rem deducit, ut bonis in
commune collatis frugaliter
uterentur, sed misterio divi-
no suo tempore potissimum
incumberent, et nequidquam
ignavi otii in totâ vitâ ad-
mitterentur, tempus spiri-
tus

functionibus, non impensis laboribus et exercitiis corporis victus quærendi gratia consumitur. Porro cum nullo peculiari voto constringantur multum à patribus tertiam regulam Franciscæ professionis distinguuntur, malunt proinde Canonici, quàm Monachi appellari; hi parva sprimum ædes in Salinarum campo vulgo Werdenwerde habitant, sed breui opulentiores facti, in loco capaciori apud pomerium amplissimas ædes, templumque splendidum ponunt, in cujus aris tabulo, tapetibusque manuum superantes, visuntur, hic priori loco relicto commigrant. Bibliothecam

thecam habent instructissi-
mam, sedante anabaptisti-
cum furorem multò instructi-
orem, per officia hic ordo distin-
guitur, nam qui totius collegii
gubernacula, tam in tempora-
libus, quàm in spiritualibus
tenet, honoris et veneration is
causa patrem hunc nuncu-
pant, per quem suffragia desi-
gnare, et designatum si is sus-
cepto muneri non respondent,
officio destituere possunt.
Qui necessaria rei culina-
riae totique domui procurat,
Procuratorem, qui verò labo-
ribus praest, Scripturarium
appellant, hic opera singu-
lis distribuit, earumque
pretium à quibus vis in colle-
gii emolumentum percipit,

his

His autem studiis posthi-
mum vacantes labores suos
locant, vel ut scribant, vel
aucta scriptionibus ac libro-
rum aperculis apta; quae
pergamena, charta vocant;
concinnent et extenuent,
vel in libros compaginent.

Fundator autem Thusiana
Originis collegio suo recens
convocato pontificiam au-
thoritatem deesse sentiens,
sine quâ illud diu incolume,
et in bonâ parte consistere
non posse animadvertit, pro-
præpostero ordine deprehendi, tur moveri. Quæ omnia in, usitatum rerum motum su, bitam innovationem et hor, rendam mutationem præsa, giebant. Quidenim à paupere gestatus hircus fœtidus, libidinosque sem, per ad coitum fervens, cujus oculi ſ: ut Isidori verbis utar:/ in transversum spe, ctant, ob libidinem in aquâ, quam cum reliquo suo grege bibiturus est, vesicam leoni multarum caprarum mas, animosus contra quemlibet insurgens, suo influxu ope, ratur, quem Vultorem popu, li ab initio ferè hominum designandum, qui more capri sit salax sua doctri, na

na, totum gregem suum defendens, multos novos motus ciens, adversus multos se erigens, multarum foeminarum masest stuprator, quid lactea via? quae regia vocatur, quid Perseus armatus aliud futurum coelitus demonstravit? quam regiam quandam majestatem aliquamdiu in subditos feroxientem, armistandem ciituram? quid capvt Medusae sacrificia portendit? quam quod multi homines sanctissimo baptismo in sacra quodammodo transformati nullis salutaribus monitis emoliri, et ab eo retrahi potuerint, quid retrogradus Cometae motus? nisi legem antiquarum abrogationem, in quorum locum con-

traria

traria substituentur, prædixit?
quid lassiopeja? nihil certe
aliud, quam inauditum sexui
muliebri periculum, et multa
cum immaturam virginum
stupri causa interitum de-
nunciavit.

Præterea obscurum non esse
puto, quid piscis ille mortuus,
longitudine 68. pedum, cra-
situdine 30. oris hiatu 13.
anno 1531. in Augusto non
procul ab Harlemo oppido
hollandiæ in mare ejectus
portenderit, cum Johannes
Matthisan Harlemicus
Monasterium appulerit,
atque propheta ibi admi-
randus habitus sit, sed
antequam aliquid fama
dignum

dignum designaret, in initio
obsidionis ante portam Lud-
gericanam ab hostibus trans-
fossus perierit, cumque nulla
Germaniæ provincia plura mo-
nabaptistica monstra pepe-
rerit, quam Hollandia, imo
ex ea omnia monstrosorum
corypheus, caput et rex Jo-
annes Bokelson Leydanus
provenerit.

Ut autem Deus certiora da-
ret futura indicia proderet,
eamque jam jam capitibus
nostris impendere common-
straret, si forte ea, quæ fre-
quenter eveniunt, et accipi-
tem interpretationem reci-
piunt, minus nos moverent,
ideo rarioribus et manifestio-

ribus

ribus potentis partim supra
urbem inire, partim intra
moenia non sine summâ
trepidatione, visis et auditis
animos incolarum ab inde
centiori vitâ, tanquam de-
mentissimus pater, postremo
deterrere voluit, quæ Non.
Reipubl. ruinam eversionem
proximè præcesserunt, mul-
tiplices primum faces et fu-
bita flamma, in suetique
fulgores supra urbem in
aëre nocturno tempore, ali-
quamdiu inter se concurrere,
ac tandem aut decidere, aut
cacumina turrium sine
noxâ tamen lambere vi-
suntur, cœlum nigenti hi-
atu findi, cimosque oblon-
gas

gas agere visum est, unde
terribile signes emiruerunt,
agricolæ in vicinis prædiis ac
pagis commorantes, aut equos
aliave pecora nocte pascentes
urbem quasi flammis corre-
ptam sæpe intuentur. Et
cum explorandi causa ac-
currerent, flammam non
solùm urbi innoxiam, sed
etiam evanuisse prorsus de-
prehendunt. Interdum
igneis nubibus opertam
urbem vigiles referunt, quæ
jam subito casu incendium
mirabantur; Monstrosi
tam pecorum, quàm homi-
num partus edunter, Lepus
hominum alioquin cœtus
fugiens urbem ingressus ca-
pitur

pitur. Gallinæ præter mo-
rem mares imitantes cu-
currunt, galli vero effœmi-
nati gloriunt. Tres soles
Anno 1534 die 9. Februar.
hora 2. pomeridiana con-
specti triplicem religionem
catholicorum, Evangelico-
rum, Anabaptistorum non
aliter portenderunt, quam
illi, qui post obitum Ju-
lii Cæsaris triumviratum,
semper enim solis veri ido-
la divisionem et dissentionem
prædicisse multorum sæ-
culorum historiæ testan-
tur, quidam divinandi fu-
rore correpti, et Anabapti-
stico Spiritu pleni per omne
vicos urbis cursitantes, vo-
ciferationibus horrendis
popu-

populum deterrent, et quosvis
obvios ad poenitentiam invi-
tant, diem illum Domini ma-
gnum instare clamantes.
Filia Georgi Sr Hon Berge fa-
cinatoris puella, quantum
ex habitu corporis colligere
potui, sexdecim annorum
Anno 1534 die 8. Februarii
post meridiem miro et terri-
bili enthusiasmo afflata
in aedibus Bernhardi Gro-
ter sub fornice in aditiore
domûs loco sedens, magnâ
hominum turbâ circum-
stante, ad stuporem usque
concionata est, nunc de
peccatorum vindictâ, nunc
de exaltatione et praemio
piorum, nunc de urbis to-
tius

tiusque orbis post triduum
futuro interitu, et crebro ad-
miscet: Ve Ve Monast: im-
pii! atque ad hunc modum
aliquot horas instar pice
ria sine ordine garrien
consumpsit, quare nobis
astantibus et audientibus
non tam admirationem,
quàm summum horrorem
et futuri mali prædagium
attulit.

Fœminæ quoque delusione
diabolicâ receptæ eodem
Anno 9. Februarii sangui-
nem pluisse in lineis pepli
ostentant, variosque die in
aëre spiritus horrendâ spe-
ctrâ apparuisse quidam
constanter affirmant. Con-
spectus quoque est in sub-
limi

sublimi circa idem tempus
vir, auream, gemmatamque
coronam gestans, qui in dex-
trâ gladium, sinistra verò
virgam apprehendere visus
est, & alterius viri effigies
visa, utramque manum san-
guine redundantem compri-
mens, unde guttatim san-
guinem defluere viderunt.
Olo etiam sereno equitem
ornatum minitanti vultu,
gladium dextrâ quatien-
tem multi prospiciunt.
Verâ portarum nemine mor-
talium movente, per sci-
sultantes nocturna vigiles
exterrent. Infantes ac
pueri passim per plateas
Scipionibus, armati mili-
taria

taria signa, aut è papyro aut panno linea facta circumfe-
runt, ac tympanorum bom-
bardarumque sonitum ore
mentientes per jocum se se
conficiunt. Taceo hic cla-
mores militum, fragorem
armorum, concursum equi-
tum et armatorum, hinni-
tum equorum, infantium
fletum mulierum ejulatitu
canum et nocturnarum tristes
ululatus. In sepulchris sel
coemiteriis moestos gemitus,
varios in templis strepitus
et singultus lacrymabiles,
bombardarum et tympa-
norum, ac tubarum soni-
tus, qui in pomeriis ac reviis
secessibus urbis nocturno
tempore

tempore audiuntur. Taceo,
quod interdiu supra urbem
tibiarum ac tymponarum
militarium sonitus longo
ductu aërem penetrans, mul-
torum hominum aures in
se converterit. Haec omnia
non vana fuisse, sed mani-
festa ac perproperam da-
dem ostendisse Monast.
facile et manibus et pedi-
bus sensissent, nisi ineptis
suorum prophetarum in-
terpretamentis seducti, ad
se haec minime pertinere
persuasissent. Quare cum
non sinerent, se ullis prodi-
giis et ostentis quantum-
vis terribilibus moveri, ne-
que spes melioris vitae su-
per-

pereſſet ulla, præter meri-
tum Deo eversionis causâ
adscribenda non est, sed pro-
prie temeritati, quâ se ipsos
te suâ in exilium præcipites
egerunt. Porrò quomodo de
flagitio in flagitium, usque
ad extremam interneicionem
irruerint, dicendum nunc
restat.

ANNO 1524. & 25.

ACTA MONAST. Ecclesiasti-

corum salubri doctrinâ
et vitæ sanctimonia, sena-
tus prudentiâ et authori-
tate, optimorumque civi-
um obedientia et pia imi-
tatione, in eâ Religione,

quam

quam S. Wibertus primùm
docuit, et Carolus Magnus
confirmavit, Deo propitio ita
perseveravit, ut novationem
nullam abeo tempore admi-
serit. Sed postquam anno 1517.
quorundam doctrina bona
opera donantium et ceremo-
nias ecclesiasticas rejici-
entium per Germaniam
gliscere, et civitates prope-
modum omnes paulatim
pervadere cœpit. Friderico
de Weda Episcopo anno 1522.
post Petri de Lowenburg
mortem 6. Novembr. liberâ
electione designato Everwino
Prostenn et Joanne Blando
consulibus, Theodorico Stein,
Sterman, Henrico Ravelman,

Joanne

Joanne Rosten, Joanne Osnaburg
juniore, Joanne Herdinck, Wil-
brando Plonies, Eberwino Steve-
rinck, Bernhardo Kerckerinck,
Joanne Oesen seniore, Richwino
Meynerschagenn, Bernhardo
Doell, Henrico Frosthagen,
Bernhardo Frollen, Joanne
Bispinck, Joanne Schenckinck,
Henrico Niemann, Antonio
Jonas, Bernhardo Ocken,
Henrico Roderbohn, Ber-
hardo Averhagen, Adolpho
Nichusf, et Hermanno Bis-
pinck Senatoribus Ludgero
thom Brincke, et Henrico
Rotgerspellione tribunis
plebis circa annum 1524.
ejusdem farinæ concionato,
ros in hujus etiam Reipu-
blica

blicæ quatuor Parochias dan-
culum præter bonorum spem
irrepserunt, qui populärem
captantes auromo, et clerum
in invidiam plebi rapientes,
levi primum flatu scintillas
quibusdam mercatoribus
conceptas excitant, quæ
cùm latius, nemine restin-
guente, serperent, multosque
que infima sortis homines ce-
leriter corripiunt, et quanquam
Joannes Pantrius Lamberti-
nus, Lubbertus Pansenius
Martinianus, Fredericus
Leimiguis Transfluvianus,
et Joannes Winckius Lud-
gerianus aliquot annis citra
reprehensionem verbum Dei
dissemina sent, tamen hoc
anno, ea vo mere incipiunt, quæ plebem

adversus

adversus Clerum et Magistratum animabant, auscerunt horum studium quidam Scholarum lectores, et maxime Scholarche apud S. Martinum et Ludgerum, quorum posterior Sodocus Clarenbachius tanquam Sacramentorum violator, Colonia transgressionis poenas dedit, nec tantam factionem eruditione sua, unquam excitare potuissent, cumplerique eorum fuerint illiteratissimi, nisi fuissent audaciissimi, et mediocri facundia armati, nisi bona opera damnassent, eorumq; praetium sustulissent, nisi profusam evangelicam libertatem, quae facile in licentiam

proti-

propipit: populo permissent,
satis licenter in clerum deba-
chati fuissent, unde plebecula
quæ sua jam profuderat, oc-
casione sumpta, convesania
devenit, ut non solùm Cle-
rum contemnat, sed etiam
adversùs eundem quidvis
sibi licere putet, primum
itaque præfationes, quibus hu-
jus actionis, et quibus otio
nihil dulciùs, cœnobia ca-
tervatim commessandi cau-
sa aliquoties ingressi, offellas
partim sibi dari rogant, par-
tim quasi jure suo postulant,
quas facile ad majorem vim
motumque vitandum à coe-
nobii rei novitate jam per-
culsis impetrant, hujus fa-
cinoris

cinoris impunitate animati, audaciore redditi, multò acerbiora in clerum, opulentiores que cives moliuntur. Anno enim 1525. die 22.da Maji subvesperam 3. viri à factiosis subornati, ad coemiterium Sebastianum, extra hominum frequentiam juxta muros urbis sitam: eo animo conveniunt, ut Nitzingum coenobium Virginum ibi vicinum atque opulentum, datâ occasione invadant, reliquique seditiosi, ipsorumque uxoribus cum saccis, sportulis, aliisque receptaculis in vallo prodat, eodem tempore Archivesta lis Virginum Pulmanicarum

huc

pùc sorte et animi et amicorum
causa venerat, à quibus cum
convivio recepta fuisset, ac
imminente vespere Nitzin-
gum hospitandi gratiâ unà
cum famulâ rediret, eam
seditii irruptionem machi-
nati sunt, sed cùm interro-
garentur, qui essent, cujusve
rei gratia, se eo sub noctem
potissimum recepissent,
ex proposito, ne agnoscere-
tur, ementita sibi indidere
nomina: primusitaque
se Dolbberg Sideric, secun-
dus Reverterriter ter-
tius Rodolphum Sottiten
se appellavit, verum ir-
chivestalis famulos ipsos
agnovit, agnitosque prodi-
dit, primum Theodoricum

Slo-

Eloeberm, v. Joannem
Brever fusorem poculorum
G. Rudolphum Schomaker
nominavit, hac audientes
fabulam esse proditam ani-
madverterunt, cujus nomine
plurimum dolent, ideoque
sibi metuentes, nihil incom-
modi adversus Virginem mo-
liri audent, qua cum puer
ille subornatus harpiis in
valle stantibus renunciaret,
digressi evanuerunt; exci-
piuntur tamen hi tres in
Philoxenio coenobii à mo-
nialibus inusitata rerum
facie territis, propersona-
rum dignitate horrifican-
tia, quàm parerat, ne se-
ditiosorum animos irrito
conatu

conatu offensos in se provo-
carent, sed benignitate po-
tius emollirent, cervisia tan-
dem vinoque adhausea m
usque repleti recedunt, ubi
vero consulibus ea res per
ministros suos nocte in-
notuit manifestam seditionem
eventuram, nisi maturo consi-
lio et poena occurratur ani-
madverterunt: postridie igi-
tur coacto senatu supra hac
re consulitur, motus pridiani
authores ad curiam per licto-
res accersuntur: hos omnes
propemodum opificum cu-
ria studio defendandi con-
globati, gregatimque proti-
nus subsecuta, horrendum
in foro et curia motum incon-
dita vociferantes cient, quo-
rum

rum capita et antesignani
ferè fuerunt Reinerus
Stelle, vitriarius, et Lubber-
tus Lentinck.

Patres interea motum sen-
tientes, in conclavi senatorio
tremere, omnia consilia con-
ferre, elabendi occasiones,
et sedandi furibundam ple-
bem rationes quærere, tan-
dem decernitur, quatuor ex
ordine senatorio Legatos,
qui et gratiâ et authoritate
apud illam multum polle-
ant, mittendos: hi sui præ-
sidio potissimum et quorun-
dam humanitate freti le-
gationem suscipiunt, ac
periculis se committunt;
cùm autem subiti motûs
causam, quidve à senatu

sibi

sibi fieri cupiant, Scisitaren-
tur, horrifica repente virorum
certatim ad randim usque
damantium vociferatio excor-
tacet.

Verum ab omni ex actione
et civilium munerum grava-
mine esse immunem, civium
munitionibus et vigiliis de-
fendi, quaestuaria tamen
artes et profanas negotiatio-
nes in civium pernitiem ex-
ercere, civibus sua commoda
praripere, ad se omnia praeter
dignitatem et vocationem
suam quaestus gratia trans-
ferre. Proinde se velle, ut
Nitzinganis monialibus
et Fontis salientis Monachis
ademptis reddituum litteris

Deco-

Oeconomi constituantur, qui pro vitæ necessitate, quantum opus fuerit, ipsis erogent et dispensent, reliquum verùm in usum pauperum convertatur. Alia autem nobilium cœnobia irritare non audebant, ne potentiores in se provocarent, hi cum Deo militantes à sæculari, vis negotiis alienissimos esse oporteat, ideo instrumenta Cerdonica, quibus aut linum texunt, aut alutacia pergamenas chartas aptant, unde uberrimum multo jam tempore fecerunt quæstum ut conringantur, aut ipsis eripiantur, ut ad cives commoda Cleri fraude

hacte-

hactenus intercepta revertantur.
Et nisi Senatus his civium incommodis repressâ papistarum avaritiâ maturâ consilii, is medeatur, se Senatum et papistas juxta æstimaturos, ac non aliter, quàm Tyrannos et civium oppressores utrosque simul habituros, nec multùm referre, si inter tales etiam privatâ authoritate gladii stringantur, et è medio tollantur, virique boni civium commodis operam daturi substituantur, hæc, plurimaque alia, non solùm verbis, sed etiam vultu, gestibusque loquuntur. Quæ cùm ad Senatum referrentur, ille animadversionem authoribus seditionis merito irrogandam re

re sic postulante simulatione,
quam oblivione præterire
maluit. Et cum præsenti
necessitati consulat, plebi
promittit, se litteras reddi,
tum ac instrumenta cerâ,
nica è duabus istis cænobiis
in suam custodiam recepta,
rum, seque ea omnia, quæ
ad tranquillitatem publi,
cam et civium utilitatem
quocunque modo pertinere
videbuntur, pro viribus
effecturum, his placidis
Senatûs promissionibus
seditiosorum ferociâ pra,
tâ et emolitâ tandem re,
sedit, proinde exultante
prothasi fabula feliciter
jam absoluta digredi,

untur

untur, cogitantes interim de epithasi. Articulos enim quosdam ac propositiones gravaminum civilium senatui exhibendas praesidio et suggestione quorundam Ecclesiastorum audunt; ne autem Senatus longâ morâ ac procrastinatione populi, missi exequendi plebeorum animos iterum exacerbaret, sed ut omnem motûs futuri causam tolleret, gratissimi, cari illis volens, die 26ta Maji duas legationes per diversos ~~urbes~~ viros simul obeundas instituit, quæ à Senatûs nomine à Fratribus Fontis salientis et Nitzinganis Virgunculis

litera

literas redditiuum et instru-
menta cerdonica poscerent,
non rapiendi et alienandi:
ut plebs furibunda existima-
bat: sed custodiendi et à pole-
beo furore vindicandi per-
vandique gratiâ. In qua-
rum alterâ legatione Joan-
nes Droste, et Joannes
de Brabrugge viri Senatorii
fuerunt, de plebe verò Ber-
hardus Druter, et Henricus
Wedarthe, Hermannus
Ravers, et Joannes Lan-
german, non quod seditione
et factionem plebeam fove-
rent, sed cum essent cives
magnæ apud plebem au-
thoritatis, eam commotam
facilius reprimerent. In

altera

altera vero fuere Theodori, cui Kunsterman, ac Johannes Herdinck viri Senatorii, ex parte curiarum et plebei ordinis Joannes Deken junior, Henricus Zurreck, Rottgerus Post, ac Joannes Vogel. Illi sine magno motu et civium quidem apud Fratres Pontis, salientis commissam legationem expediunt. Hi verò apud Nitzinganas diffi, ciliùs partim propter recentem motum, cujus nomine plebem sibi infensam reddiderunt, partim propter textoria instrumenta, quorum compages aegrè dissolvebantur: nam in his refringendis stol-

len,

378.

lendis Theodori Struhinck fabri lignarii operantur, quem Virginensibus nescius merito sibi divinitus simum habuissent, nisi favorem fortunâ fuisset mutatus, & Nicolaus quoque Nützitz plurimum oris habens, et supra modum garrulus plebeum furorem vehementer duxit, dum coram Senatu totoque populo mentiens, centum textoria instrumenta Nitzinganas in pernitiem civium habere affirmaret, sed cum undecim tantum inventirentur mendacii publicè à Münstermanno insimulatus, cum rubore

se

se subduxit, conquerens sé
aliorum sermone deceptu,
dum hæc instrumenta intus
per Stiutlingum refringun,
tur dici non potest, quantum
turbarum foris à plebeculâ
irruptionem molliente, et
ad rapinam instructa ex,
citatum sit, quam legatî
pro sicâ authoritate vix
repressérunt, vox quoque
seditiosi cujusdam Joan,
nis Broteem è mediâ
turbâ audita est. Satis
est opulentioribus, si non
ultra duo millia aure,
rum possiderent, quo nil
aliud visus est dicere,
quàm se post direptionē
Ecclesiasticorum bonorū
civi,

civium quoque ditionum
cistas exenteraturos factu,
eosque omnia commenia.
Literas igitur reddituum
ac instrumenta, cum telâ
et texturâ adhuc adhærente
crepla, plaustrisque impo-
sita, ad auriam raptim ve-
huntur, ibique ad festum
nativitatis Mariæ retenta
servatur.
Dum hæc à Senatûs legati
in utroque cœnobio agun-
tur capita seditiosorum
minimè quiescunt, sed
præter expectationem eo-
dem die 26ª Maji cater-
vatim et turmatim quasi
per vicos cursitant, obvios
quosque ad similem furore
aut blandis verbis imitant,
aut

aut a crioribus objurgant, cur
non ipsi occurrant? cur tam
segniter agerent, an nescirent
de civium libertate agi, ad quam
omnes homines naturâ propensi
festinent? an ignorarent tene-
bris errorum discussis jam
lucem evangelicam orbi ex-
orsam, quam superborum
atque avarorum Papistarum
potentia hactenus oppresse-
rit, nunc fraudes eorum esse
detectas, nunc grave bono-
rum operum jugum subla-
tum, nunc libertatem evan-
gelicam servitutis conditio-
nem? quam omnes sana
mentis aversentur? Sustu-
lisse. Tanta intemperiæ
dissona tumultuantium
voces, ut mutuo se non
intelli-

intelligerent, multi perditi homines consilii et factionis conscii, multi novitate et rerum insuetâ facie illecti, pauci motus sedandi gratiâ accurrunt, cordatiores tamen insuetam multitudinem conspicientes se se hismodi tibus non admiscent, sed intra parietes suos se continent; hic autem furor priorem illum longe superat, nam illum ludum, jocumque dicas, si cum hoc conferatur, ardent oculis, frendent dentibus, spumant labiis, insultant solo pedibus, pugnis contundis, tam magistratui suo, quàm Clero minitantur, inconditè vociferantur, quidam intra se murmurantes

mur-

murmurantesque capitibus
concussis iram conceptam
exacuunt. Pari tamen stu-
dio in auriam irruentes, tri-
buni plebis articulos quos-
dam Senatui exhibendos
obtrudunt, quorum confir-
mationem et per sigilla
corroborationem, a Statibus
Dixecesis Senatus ea tenus quoad,
alioqui de pace publica
nil boni sperandum, Dixe-
cesis tota in quatuor Statu,
seu personarum ordines
distribuitur: Primum
Princeps, secundum Clerus
primarius, tertium Nobi-
litas, Quartum Urbes
constituunt. Quidquid
horum omnium unanimi
consensu et authoritate
decer-

decernitur, publicè abomnibus Dioecesanis ortum esse intelligitur, proinde ab his omnibus non temerè suarum propositionum approbationem exposcunt, exemplum earum subsequitur.

1.

Cum primarius Cleri defunctorum Episcoporum bona tanquam hereditario jure semper occupet; aequissimum videtur, ut et eorum debita, ne reliqui Dioecesis Ordines eorum nomine praegraventur, exsolvant.

2.

Mortuo Episcopo non solum primarius Cleri totius

totius Principatus arcibus occupa-
tis pro suo arbitrio administra-
bit omnia. Sed admittet quoque
in singulis arcibus ad com-
munem administrationem
unum militaris et Senato-
rii ordinis virum, aut loco
Senatorii honestum civem,
donec concordibus suffra-
giis Princeps fuerit desi-
gnatus.

3

Cum Ericus Episcopus
Monast. Anno 1518. Co-
miti Secklenburgico arcem
Lingensem ademisset, in
eo motu quidam civium
Monaster. pecuniis, qui-
dam naercibus sunt exuti,
quorum jacturam et dam-
num ex bonis defuncti

Prin-

Principis primarius Cle-
rus sarciet.

4.

Nemo ex Clero civem &c.
de siasticis seu pontificii
fulminibus ac mandatis
degravabit, sed si contra
civem jure acturus, sit
saculari judicio experi-
atur.

5

Nulli Ecclesiasticorum
ut sunt sacris ordinibus
initiati, Sacerdotes, Mo-
nachi, Virgines Vestales,
Moniales, ac Clericorum
picariæ Saculatium ne-
gotiationibus se se im-
miscebunt, neque pa-
cendis bobus operam
da-

dabunt, neque ex lino seu tex-
turâ et lineo opere, neque frur-
mentum terrendo, neque ex
ullâre aliâ cujuscunque eti-
am nominis quæstum facient
ullum; ideoque omnia in-
strumenta ad has negotiatio-
nes comparata, sive sint in
cœnobiis, sive canonicorum,
sacerdotumve ædibus suâ
sponte continuo alienabunt
et distrahent, alioquo his
per nos privabuntur.

6

Nulli Ecclesiastici post
hunc diem à publicis scio-
tatis oneribus erunt im-
munes.

7.

Tam profanus quàm Ec-
de-

clesiasticus Magistratus suos subditos extra civitate in pagis commorantes cöerce, bit intra duo milliaria ab urbe mechanicas artes ex, erceant, ullas neve propolas, Zithipocas, aut arthopocas unde civium emolumenta minuantur, ullo modo ferat.

§. 8.

Duo ex ordine Senatorio et duo mechanicorum pra, fecti, ac duo privati cives designabuntur, qui Fra, trum Pontis salientium, ad se literis reddituum custodia causâ translatis annuos fructus subleva, bunt, ac monachis istius receptaculi in usum sal,

tem

tem necessarios, quantum opus est ministrabunt, neque in locum decedentium quis, quam recipietur, permissa cuique libera sine infamiæ notâ habitum mutandi, eaque solum auferendi, quæ intulit facultate.

9.

Hi sex designati et à plebe electi oeconomi agros et pascua fratrum civibus eodem pretio, quo empta sunt, revendent, aëque quid, quid præter usum supererit, in pauperes cives conferent, ut à illis inde sit prospectu

10

Cœnobium Nitzinga, num sex quoque oeconomis parebit

parebit, qui cum authori-
tate Senatus certum nume-
rum Virginum ibidem alen-
darum constituent, nec divi-
tiarum, nec ullius lucri seu
commodi, nec generosioris
familiæ causa, ad hunc
velum ulla admittetur,
sed propter Deum, ornamen-
ta ~~[illegible]~~ tamen à suis
importata deferre et usur-
pare licitè poterunt.

XI

Collegia tam summum
quàm alia per urbem post
editam à Colonienſibus
reformationem, quamin
diu ſexpectamus, noſtræ
quoque coerectioni ſubji-
cientur.

12

12

Omnes cujusque sexûs et professionis fuerint, qui se sceleribus profanis et enormibus contaminarunt, sine discrimine et privilegii prærogativa eodem modo perpetrati criminis nomi, ne punientur.

13

Nullos terminarios seu stationarios Monachos ut sunt Carmelitarum, Augustinienſium, et Prædicatorum in urbe ferendos, neque porcos Antonianos, Hubertinosque per plateas saginandos.

14

Nemo civium cujuscun, que

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

que etiam sexûs Ecclesiastici hominibus per ultimas voluntates legata relinquet, neque memorias exequias, sacra funebria aut fraternitates fundabit, nam ea omnia tanquam inutilia et vana antiquata nullo modo celebrabuntur.

15

Pastores omnium parochiarum urbis sive Suburbium, tum, Sabinorum, ac omnium parochiarum consensu Sabellanos seu Concionatores, neque inauthorabunt, neque exauthorabunt

16

Nulli peregrini Ecclesiasti-

ca,

ca, ut sunt Monachi cujuscun-
que ordinis fuerint, ad conci-
onandum admittentur.

§. 17.

Christianas nuptias ce-
lebrare nullo non tempore li-
cere, ideoque leges eas certis
temporibus contrahere vetantes
esse abrogandas.

§. 18.

Omnia scorta ac sacer-
dotum concubinas certis
quibusdam notis ab hone-
stis matronis esse discernen-
das, ut probitati suus tribu-
atur honor et impudicitiæ
am sua sequatur infamia.

§. 19.

Ne quis in vicinioribus
urbi pratis, qua ex urbe
devecto fimo stercorari so-
lent

lent, gramina bobus, sed rae-
cis potius deposcat.

20.

Agros intra annos quin-
quaginta septis conclusos
quocunque pecora urbana a-
guntur sepimentis rescissis
esse resecandas.

21.

Nemo civium conductos
agros à Clero alteri carius
alteri elocabit, quàm vel ipse
conduxit, vel antiquitus
possedit.

22.

Nemo sive Ecclesiasticus,
sive profanus annuos redi-
tus, vel alia quævis bona, à civi-
bus hujus urbis extorquere
præsumet, nisi aut eme-
rit, aut hæreditario jure
ac

ad se pervenerint, aut litera ita communitas sigillis ostenderit, ut nihil illis jure apponi possit.

23

Ne causæ utrimque civium contendentium magnis sumptibus, ad multos annos protrahuntur, proinde intra sex hebdomadas Judicis decreto decidentur.

24

Ne Butryopola qui sunt in numero civium, et in foro publico merces suas vendunt, ratione loci annuum tributum pendere compellantur.

25.

Nemo civium à Magistratu carceri mancipabitur, qui fidejussione idoneâ

cavere paratus sit, nisi de criminali causâ agatur.

26.

Mercatores vina in hanc urbem inferentes, sine ullâ exactione vectigalium, sicut antiquitus fieri consuevit, ea turribus deponere posse.

27.

Civibus omnia cervisia vernaculæ genera, ut semper, distrahere ac vendere licere.

28.

Quibusvis vina, quanti possint, vendere licere, si senatui consuetum vectigal ac tributum pendant.

29

Neminem Artopœum vel

vel Cithopaeum praetor civem
esse posse.

30.

Ecclesiastica beneficia ad Senatûs collationem pertinentia nullis nisi civium filiis conferentur, qui nisi et ipsi ea possiderint, his destituentur.

31.

Filii civium ordinem ecclesiasticum amplexi, bona per successionem hereditariam ad se devoluta, neque testamento, neque donatione, neque quocunque alio modo, in quemquam sui ordinis, hoc est, ecclesiasticum, transferrent.

32.

Cives in pontibus duobus trans Amasum in Sfreven

et

et Scholæ fleite pro transitu nullum telum seu vectigal pendent, et erunt omninò ab isto onere & incommodo immunes.

33.

Pensio jure emphiteutico ex quibusdam agris extra urbem ac pecunia æreabis, ex quibusdam ædibus in urbe debita fundo domicilii utpote veteris dominici tempsi non debitur amplius à civibus.

34.

Varlariana victoriæ memoria festo campanarum pulsu non celebrabitur, sed publicè paeris gratia obliterabitur. a. a. a.

Varlariana autem victoriæ causam dedit electi-

ctionis contentio, nam cùm primarius Clerus, penes quem jus est eligendi Principem, Walravium de Horsa degisset, atque civitates huic electioni interponendum Ericum ab Hoya Episcopum esse vellent, ad arma ventum est, itaque 1454. ipso die Armulphi propè Varlas coenobium Rona, chorum utrimque acriter comparatis auxiliaribus copiis concurritur. Civium acie inclinata Fredericus dux Lunenburgensis, ac Ernestus Comes de Schaumburg capiuntur multis civibus trucidatis. Walravius cum suis ex illo praelio non solùm insignem victoriam, sed etiam Principatus Monarchiam tutus

repor-

reportat. Hujus victoriæ Ca-
rus memor diem Arnulphi
festum gaudio celebrat, ci-
ves vero luctu in cœnobio
Minoritarum, quo cæsorũ
civium cadavera convecta,
sepulta sunt, excipiebat.

Hos articulos si quis
ad regulam juris naturalis
societatem humanam con-
servantem exegerit, natu-
ram non ferre, ut quis cum
alterius jacturâ et detri-
mento suas augeat facul-
tates, videbit, plerosque eo
tendere, ut à dilectione chri-
stianâ sint alienissimi,
ideoque contra fas et æqui-
tatem à factiosis consulta
esse non dubitamus, cœsta-
men sine fronte et verecun-
diâ Senatui obtrudunt

eos,

eorundemque corroboratio;
nem postulant, Senatus ubi
eos à Tribunis sibi plebis
nomine oblatos legisset, non
minimo terrore perculsus
intra Senatorii concavis
parietes expalluit, maximè
cùm plebem caterva tim eo a;
nimo ad curiam venisse a;
nimadvertit, ut pro eorum appro;
batione acriter, et sanguinis effu;
sionem instaret in summo ergo
discrimine promittit, se pro
viribus causam civilis liber;
tatis apud reliquos Cives is
ordines, data occasione actu;
rum; Ille verò à Clero prima;
rio etiam invito jam præsente,
& adhuc munitionibus urbis
concluso assensum facilè posse
extorqueri clamitat, quo im;
petrato non esse difficile re;
liquorum ordinum vota con;

sequi

sequi, maxime cùm urbes à se
pendere non dubitet; sine mo-
rà igitur cum primario Clero
supra hac re agendum. Se-
natus ne in se furibundam
plebem provocet, se omnia
facturum, quæ velint polli-
cetur. Plebs hac promissione
satiata digredetur.
Consules igitur et Tribuni ple-
bis quibusdam stipati, por-
tis civitatis jam clausis ut
plebeæ expectationi satis-
fieret, die Veneris post festu
Ascensionis Domini Anno
1525. primarium Clerum
audacius quàm prudentius
odoriuntur, et Articulis su-
periores legendos atque con-
signandos offerunt. Quos
cùm Domini legissent, ac-
curatiusque examinas-

sent

sint, eos non tam ad se, quam
alios Vivece sis ordines perti,
nere intelligunt, quare se illos
in consultatione omnium or,
dinum relaturos respondent,
ne eorum authoritatem ex,
cussisse videantur, quorum
maxime interest eos consi,
gnari. Ad hæc Consules
se non videre, quibus modis
exasperatos plebis animos
mitigare queant, neque se
Dominos de Capitulo ab im,
petu plebeo tueri posse, nisi
articuli admittantur et con,
signentur. Quibus consu,
lum verbis, qua in causa
urbe pericula Dominis sint
expectanda, facilè potuit
animadverti, nec pilati
ergo parentes et ut violentia
postulationi aliquâ ex

parte

parte satisfiat, quosdam arti,
culos resignant, reliquos vero
se absenti Dominorum cœtui
proposituros, atque de his ali,
tius acturos recipiunt, verùm
rem universam, uti gesta sunt,
Frederico Episcopo die Jovis
post dominicam Exaudi
per litera cum querimonia
significant, et cum iis ti ar,
ticuli non solùm suam, ve,
rum etiam aliorum ordi,
num libertatem evertant,
altiùs super his cogitet. Ipsi
verò Domini, cùm animad,
verterent, se exitialibus
discriminibus implicari,
neque citra Ecclesiastica
libertatis ruinam, se in
urbe diutiùs posse manere
motu quodammodo sedato
spontaneum exilium eli,
gunt

gunt, relicto ergo ergastulo,
quisque ad suos demigrat
praeter unum Reinerum de
Sclavi Praepositum veteris
Dominici, quem morbus sen-
tiens à fugâ cöercuit.
Hi ad diversa mundi loca
commeantes multis quaerulis
oppidanos in odium non so-
lùm consanguineorum et
amicorum suorum, verùm
etiam externorum Primi-
pum adducunt. Secun-
darius verò Clerus cum
non ea vitae praesidia fori,
quae domi haberet, in urbe
permansit, unde non parum
odii et simultatis primarii
Cleri sibi conflavit, mul-
tum tamen ejus praetia in
urbe fuit. Horrendum enim
Clero exulanti in religioni
nego-

negotio incendium exortum
optimoque quoque civos ortu,
juisset, nisi hujus maturo
consilio & vigilantiâ restin,
ctum fuisset: nam Collegiu
Martinianum, in quo viros
gravissimos atque doctissimos
semper fuisse accepimus./
Lubbertum Ansemium
Ecclesiastem suum à factio,
ne sibi non temperantem, e,
natus consensu ab officio
removit: nam is omnis ve,
recundiæ immemor, magni
nominis virgunculæ pudi,
citiam literis amatoriis
sollicitavit, quæ ararum
scripturarum sententiis
ad impudicitiam tortis con,
ferta in pleno Senatûs con,
spectu lecta sunt./ cùm
tamen boni viri filiæ à se
proprii stupata matri,

monii

monii fidem dederit, Joan-
nes Santius quoque novatio-
nis causâ à Silmanno
Kemnera Pastore Lambertino,
et Gymnasii Paulini Mode-
ratore vigilantissimo paro-
chianis et præcipuè bomi-
ciariis mercatoribus reni-
tentibus, ac multùm reda-
mantibus profligatus fuit.
Godefridum Reininghum D.
Joannes Mollerus jurisscon-
sultus, at Transfluanarum
Decanus, et si parochia-
norum quorundam sibi
invidiam conflavit, concio-
nandi munere privavit.
Joannes Finckius Ludge-
rianus Ecclesiastes ali-
quamdiu quidem compa-
rochianorum applausu
religionis novationem intro-
ductam suis concionibus

acriter

acriter tuetur, Sed cum illi bonorum virorum consilio pingui beneficio os fuisset obturatum novationis oblitus contra catholicos ne mutire quidem potuit.

Cum autem Cleri secundarii et Pastorum cura eo cubante primario hoc effectum esset, ut sacellani factiosi suis officiis destituerentur, remissius ac languidius seditiosorum negotium progrediturr, et non aliter quam ignis subtracto jam fomento inter proximas candentes adhuc vires delitescit. Primum quidem plebs à seditiosis concionatoribus adversus proceres exagitata miris modis gravabatur, his verò abactis non aliter

de

desævire desiit, quàm si scintilla in rudioribus et viridioribus lignis concepta et flatu excitata, primum quidem incortice quam amburit crepitare incipit, si vero flatus desierit, illa langvescit, et tandem per se extinguitur.

Hanc cleri primarii emigrationem non tam senatus quàm prudentiores cives, incommoda civitati allaturam præsentientes ægre ferunt: plerique etiam opifices lucra sibi minui quærentur, et mercatores negotiationibus suis non sine detrimento interrumpi desident, neque urbem egredi audent, ne in exulantium manus impru-dentia incidant, et tam vitæ quàm mercium naufragium terrestre faciant; murmura igitur

igitur varia plebea multitudi-
nis intra moenia audiuntur,
quare Clerus secundarius de
novo motu sollicitus sibi quo-
que metuere incipit, ne in se
tandem faba cudatur, se exci-
lium diutius in popularis
utilitatis dispendium protra-
hatur. Legationem igitur
ad Pecanum et Seniores Su-
marii Cleri mittit, quae cul-
pam seditiosorum deprecetur,
atque ipsos ad redditum in-
vitet. Agnoscant se non so-
lum huic facto implicatos
totius Germaniae communi
malo ignoscant, potiantur
se mitigari ad Sios penates,
cultumque divinum pauco-
rum insolentia jam dudum tur-
batum et intermissum rever-
tantur, cogitentque Deum
injuriae vindicem, ac innocen-
tiae

tia protectorem fore, nec minus
de Reverendo Capitulo: quos
plerique cives affectare vide-
bantur: apud Principem per
Legatos instat, obsecrans ut
eum novum motum, et extre-
ma sibi metuat, civibus injus-
riam et admissum facinus
clementer remittat, quibus nec
Senatus, nec boni consensissent
unquam, sed suo etiam peri-
culo restituissent, ne permit-
tat boni: quorum numerus
adhuc in urbe major: / sedi-
tiosorum nomine quasi sonte
puniantur, publicam potius
tranquillitatem promoveant,
in quibusdam flagitiis ne-
cessitate sic postulante
conniveat, factiosos ad tem-
pus ferat, ne dum Zizania
evellat tritico vis inferatur:
parcendum interdum malis
bono,

bonorum causa, ne innocen-
tia pariter opprimatur; Se
tamen omnia Principis pru-
dentiæ & innatæ clementiæ
penitus expendenda relin-
quere, nec de illius favore
& mansuetudine in paci-
os quicquam dubitare.

Ad hæc Princeps: non
solùm Cleri & militaris or-
dinis libertatem, quam se
defensurum jurejurando
receperit, verùm etiàm suam
jurisdictionem & existima-
tionem violatam esse, omnia
eo tendant, ut nihil à vio-
lentiâ tutum relinquetur,
et nulli sua libertas, suum
privilegium, suaque juris-
dictio sit certa. Se proinde
salvâ juris jurandi religi-
one ista dissimulare
non debere, ideoque hæc

vi

viset contumelia ab oppidanis Clero illata altius in pectus Frederici Episcopi descendit, quam consulere opinantur: majoris enim mali hanc Cleri secessionem inter subditos suos occasionem daturam non dubitet, quare Senatum his scriptis T. Junii admonet:

Cum articulorum quorundam approbationem, quibus non solùm Ecclesiasticorum, verùm etiam militarium ordinis, atque totius Diœcesis libertatem perversuri sint è Clero Primario exactorserint, atque cœnobiis quibusdam consignata reddituum monumenta, aliasque res sine justâ ac legibus probatâ causâ, sed propriâ authoritate contra rationis

et

et æquitatis normam Pon-
tificia & Imperatoria de-
creta, violenter ad se tran-
tulerunt, quod minimè ab
ipsis futurum sperabat, ne-
que enim ad ipsos, sed ad se
pertinere clerum oberrantem
seu delinquentem legitimâ
reformatione & pœnis com-
meritis constringere. Pro-
inde ab ipsâ sibi insolen-
tia imposterum temperent,
per vim extorta & justa ab-
lata restituant, siquid
verò adversus Capitulum
Primarium habeant, in
publicis & diœcesianis
comitiis proponant, se
cum reliquis ordinibus,
quod ratio, æquitas & jus
patriæ postulaverit
acturum.

ad

ad hæc Senatus 16: Iun:

Liberum sua, aliarumque
hujus Dixecesis Civitatum
conqueri per Arthopœos et
Lithopeos, aliosque opifices
artes mechanicas passim
in pagis exercentes, quoti-
dianum alimentum sine
veterum exemplo sibi inter-
cipi. Quosdam etiam ex
Clero et Cœnobitas utrius-
que sexûs in oppidanorum
civiumque perniciem,
quæstuariis artibus ope-
ram impendere, imo ipsos
officinas quoque ad has
habere instructas, hac de
causâ insperatum motum
in suâ civitate excitatum
esse; atque in eodem motu
articulos quosdam con-
scriptos sibi oblatos esse,

quos

quos p. si plebs commota se, danda fuit, in quâ re non parum laboris et periculi subierunt: suscipere coacti sunt. Hos ergo articulos et comiter atque benigne Clero Primario ut plebs eadem, cala mitigaretur, proposuisse, conventumque supra hac re fusius agendi potuisse. Illos interim subito urbe excessisse, templo functionibusque suis se substituisse, quo animo ab illis id factum sit, se ignorare. Praeterea sibi non constare, quod contra rationis et aequitatis normam consecrata loca et personas offenderint, vel dum violaverint, quod à Fratribus montis Salientis et Mone, alibus sua urbis Deo dicatis

catis monumenta reddi-
tuum consignata, custodi-
a causa postulaverint et
acceperint, non violenter
neque sine legitimâ causâ
id factum esse, cujus coram
quibusvis à se petentibus
rationem reddituum da-
turi sint, neque etiam
seditionem inspirare, quo
pro incolumitate civium
et totius Reipub: commodo
susceptum et agitatum
sit.

ad hæc Princeps 10: Julii

cùm nihil aliud animad-
vertat, quàm quod Non:
institutum et articuli con-
tra omnem rationem, et
æquitatem in ignominiâ
et contemptum Principis,
in abrogationem et ex-

Diuri

dium jurisdictionis, Lega-
tumque et equestris ordinis
totiusque Diœcesis incom-
modum et exitium sint in-
venti, conscripti et publicati.
Proinde serio se poscere, ut
Senatus consignationes ho-
rum articulorum à Capitulo
Primario extortas et monu-
enta redituum cœnobiis
ablata restituat, atque ar-
ticulosistos suo ingenio in-
ventos, suaque authoritate
agitatos prorsus intercidere
et intermori sinat, seque
intra receptæ consuetudinis
et privilegiorum Patriæ me-
tas contineat, iisque sati-
atus quiescat: ac de Epis-
copali jurisdictione ino-
bedientia sua violata, se-
cum transigat. Quæ ubi
facta fuerint se de hinc
adversus Capitulum Tri-
mari,

marium, aliosque Ecclesiasti-
cos hujus Diœcesis et intra et
extra mœnia commorantes
jure sequicquam habituræ
existimaverit. Illud Prin-
ceps et Diœcesis judicio de-
cernendum committat, nunc
verò rescribat, an Principis,
Militarisque ordinis de-
creto Adcisioni acquies-
cere velit.

ad hæc Senatus 27: Iulii,
Ceiniquorum articulorum
abrogationem et interitum
ferre posse, sequi: in gratiam
Principis: Fratribus Pon-
tis salientis et Nitzinganis
Monialibus literas restitu-
rum. Instrumenta verò cer-
donica, quibus civile emolu-
mentum intervertatur ac
intercipiatur, non esse red-

denda,

denda, justissimum fore
cives existimare. Et cùm
Senatus nil inobedientiâ
dignum admiserit, neque
jurisdictionem Episcopa-
lem violaverit, sed itaque in-
obedientiæ et violatæ juris-
dictionis nomine non esse
puniendum, atque ideo
transactione non esse opus,
ad Principem cum suis con-
siliariis ac Equestrem or-
dinem et quoslibet hujus
Diœcesis non suspectos se
suarum rerum Judices
admittere posse.

ad hæc FREDERICUS
26. Augusti ...

Cùm civitas iniquum pro-
positum suum et vim pro-
priâ authoritate commissam
ita verbis suis palliare mo-
liatur, ut nil certi quid in

animo

animo habeat, deprehendi
possit. Se verò perfidem jure-
jurando sibi addictam ipsos
consules admonere, ut omnes
pariter articulos, sine ullâ
prorsus exceptione intercidere
sinant, at quæcunque Clero
ademerint, erripuerint, vel vi
extorserint, reddant, et do-
minis de Capitulo securita-
te, tutoque commeatu in ur-
bem redeundi et remanendi
caveant. Hoc ubi factum sit
et deinde sibi adversus illos
jus esse contenderint, se e-
questris et militaris ordinis
consilio adjutum, id quod
juris et privilegii hujus
dignitatis postulaverit,
acturum.

ad hæc Senatus 23: Septem:
Se minimè sperasse Frinci-
pem sine jure et cognitionis
cau-

causa Senatum condemnasse,
ut ut sit autem, se in gra-
tiam Principis passurum,
ut articuli intercidant, et
fratribus Pontis salientis,
Nitzinganisque Noncali,
bus sua, quæ sublata custo-
dia causâ fuerant, resti-
tuantur, Scriptis verò mo-
numentis dominis, quos
non expulerint, de tuto com-
meatu cavere, Principem
per se expendere posse, quâ
sibi illud non expediat, se
autem ferre posse, ut in suâ
civitatem revertantur, et
suo arbitrio recedant, sicut
ante hoc factitum sit, se
tamen in tutelam suæ
causæ adversus omnia in-
commoda patriæ privilegi-
um implorare.

ac

ad hæc Princeps 16: Octob:
Seminari Consules privile-
gium Vicecestis in præsidium
sui invocare, cum ipsi illud vio-
laverint. Principemque in si-
gni contumelia affecerint,
sed se omnia tempori commit-
tere oportere, sed autem malle,
ut tranquiorem viam ingredi-
antur, ne in malum magnu
impingrant, cujus sibi ipsi
authores. Inde Princeps
ad Reverendissimum Ster-
mannum de Weda Archi-
episcopum Coloniensem,
fratrem suum tanquam
Metropolitanum ac Illust.
Joannem Ducem Cliven se
vicinatis fœdere Monaste-
riensibus junctum, lega-
tionem decernit, in qua
fuerunt Nicolaus à
Stu-

Stumincklhusenn, ac magister Eberhardus Alius Secretarius fuit autem hujus legationis ad Reverendissimum hac sententia:

Principem Monast: non dubitare, quin vulgi fama jam dudum ad Reverendissimum perlata sit cos: Senatumque ac totam plebejam civitatis Monastes. fiendis multitudinem Decanum et Capitulum Ecclesiae ejusdem in motu publico adortos et quorundam articulorum concessionem abillis solis: quae tamen ad omnes pariter ordines pertinebant: extorsisse, atque ita eos terruisse, ut vita et bonorum suorum discrimina metuente turbe excederent, et reditum ad

hodi-

hodiernum diem extimescerent, deinde vim suam in alia loca & personas Deo dicata convertisse, litera & reddituum, aliasque res coenobiorum ad se transtulisse, hinc quoque magnum articulorum numerum in gravem contumeliam, ignominiam, detrimentum et incommodum Principis, militaris ordinis, totius regionis, omniumque subditorum sine ullâ juris persecutione, ac cognitione excogitasse, censuisse, conscripsisse, et introducere voluisse. Cùm ergo hæc omnia sint tam civili, quàm Ecclesiastico juri adversa, atque ipsi nullis quantumlibet familiaribus, bus Episcopi monitis, ab

instis,

instituto flectantur, sed per-
fractores ff: quasi jure suo omni
a agant: prædantur. Sin-
cipem itaque suum ff: cujus
legatione fungantur ff: roga-
re, ne se Reverendiss: con-
silii sui deserat, ac ut
Monast: ad obedientiam
revocentur, se obsecrare,
ut omnibus incolis civitati
tutum commeatum reddi-
ciet, neque per suas regio-
nes quæque bonarum Mo-
nasteriensium transferri
sinat, ita fore, ut cum Sin-
cipe sub et Dominis, quos
justus metus abegit, in gra-
tiam revertantur.

ad hæc REVERENDIS.
Si civibus Monast: liberum
commeatum per suas Re-
gione

giones hujus rei causa re-
nunciat, et adimat, hoc non
pacis et tranquillitatis, sed
majoris dissidii et controver-
siæ accensionem daturum,
ac publicæ concordiæ pluri-
mum abfuturum; hinc enim
cives magis ac magis adver-
sus Principem et Capitulum
exacerbari; referat itaque
suo Principi ac Fratri, ut
secum hæc altius volvat, et
asperiori deserta mitiorem
viam sibi eligat; hoc Reve-
rendissimi responso lega-
tio ad Livensem suscepta
intercipitur.

ANNO 1526.

Post aliquot hebdomadas no-
va legatio adeundem Reveren-
dis. decernitur, et cum prius
per literas de loco et tempore
expediendæ legationis opor-
tuno

tunio utringue conveniset, ad octavum diem Januarii Anno 1526. legatio episcopalis Pro, clam mittitur, atque ibi eadem quæ in legatione Reverendiss. leguntur, petiturque, ut ipse tanquam Archiepiscopus et Metropolitanus hanc vim et contumaciam vindicare, contumeliam signo, miniam fratri illatam ulcisci cogitet, ne Monas. superioris facti impunitate, ad majorem rebellionem animentur. Reverendiss. hanc rem amplius deliberandam esse censet, post longum vero temporis intervallum nempe 25. Februarii anno 1526. à fratre suo significari postulat, quid in controversiam Monast. sit actum. Ille nihil est actum, respondet,

sed

sed causam in eodem adhuc
versari cardine, quo ante ali,
quot menses sc.: ut convenerit,
fraternum consilium etiam
nunc operiri. Hoque Archi,
episcopus 2. Martii se jam
dudum legationem ad Non.
missurum fuisse, sed perma,
gnis Dioecesis sua negotiis
impeditum non potuisse,
se tamen idem facturum
cum primum per aeris inde,
mentiam licuerit. Post dies
vero aliquot legationem
hanc pacificatoriam Non.
mittit, in qua fuerunt gene,
rosus ac nobilis Joannes
Comes de Diesa dominus
in Kunhell ac Usenburg fra,
ter utriusque Episcopi
Bernardus ab Hagenau
Gesecanus juriúm doctor
et

et Archigrammateus, ac Domi-
nus Theodoricus ab Heiden
Commendator Multhemicus,
picum dies aliquot ultro citro-
que controversiam inter Capi-
tulum et Senatum volvissent,
tandem die 21. Martii Anno
1826. hic utrisque consenti-
entibus pactus est recessus seu
transactionis scriptura hu-
jusmodi:

SENATUS in gratiam
Archiepiscopi consignatione
quorundam articulorum a
Capitulo extorta restituet,
omnesque articuli a civibus
concepti et scripti tanquam
intermortui corruent, atque
abrogabuntur, ad hoc Domini
de Capitulo ad arbitrium
suum in civitatem Bonnam
ad suas Ecclesia functiones,
habitationes et bona sine
Consulum, Senatûs, civium,
aut

aut cujusque incolarum impe-
dimento revertentur, atque ut
antiquitùs tutò libereè et metu
et periculo vitæ et bonorum
suorum ultro, citroque comme-
abunt, ibique commorabuntur:
et si quisquam, sive in urbe, si-
ve extra urbem quicquam
præter jus, contra ipsos aut
quemlibet ipsorum propriâ
authoritate de facto et violenter
quod futurum non speratur:
attentaverit, ac præsumpse-
rit, Consules et Senatus
pro viribus suis propugna-
bunt, authoresque justis
poenis coercebunt. Hæc
utrimque acceptarunt, seque
inviolatè servaturos fidem
dederunt. In signum per-
fectæ concordiæ, 3. hujus
exactionis exemplaria ejusdem
sententiæ sunt confecta, ac
Reverendiss. Archipræsuli

Coloni-

Coloniensis, Capituli Sancti
tius Monasterii pro se totâque
communitate civili Signis
corroborata, quorum unum
Reverendissimi ad hunc actû
deputati Consiliarii sibi
reservarunt, reliqua verò
duo singulis partibus tradi-
ta sunt, datum die Martij
post Palmarum anno 1526.

Inde alia quædam Sacerri-
ma controversia et contentio-
nes à civitate Monasterii adver-
sus Principem Militarem
ordinem concitatæ in Solem-
ni Pulmanico conventu ad
diem 28. May coacto abiit,
dem Archiepiscopi legatis,
nec non generoso nobilique
Bertino Comite de Bentheim
ac Steinfordia Berhardo
de Recke equite Rotgero à
Reidenbrocke Bocholtiano,

Henrico

Henrico à Reerveldt Sulmanico
Satrapa, ac Arnoldo de Raes-
feld Vicecesis nobilibus pro
pace consiliandâ deputatis,
non sine magnis laboribus et
Principis nostri impensis, in
quartum usque diem proro-
gatis planè tolluntur, et si-
multas, quæ inter Vicecesis
ordines hactenus gliscebat,
in concordiam commutata est,
quæ ut esset perpetua scripti
monumenti omnium ordi-
num signis munitur, his ita
ortis Clerus pristinâ securi-
tate fretus, ab exilio suo gra-
natis, sine metu redire non
dubitavit, quem majori gau-
dio et gratulatione redeun-
tem cives exceperunt, quam
odio Aspastidio abeuntem
dimiserunt. Clero igitur
Clero primario, et abactis à

secun-

secundario exilii tempore sedi-
tiosis Concionatoribus, quipole-
bem adversus Clerum et par-
tem urbis conitare non de-
stiterant, omnia in pristi-
num concordia statum re-
dire videbatur. Verum pleb
semper novorum appetens,
tamque concordiæ, quam in-
opiæ impatiens, se intra me-
tas à pacis authoribus sibi
præscriptas continere non
potuit.

ANNO 1527. ACTA

Nam cùm Justinus Branden-
burgus, homo juris scientiâ
Episcopi clarus, Judex ordi-
narius, quem Officialem
nuncupant, pro tribunali
de more controversias dese-
ret, Antonius Eruse, cum
seditiosis quibusdam inter-
veniens, vultu adhorrendam

sedi-

seditionem composita et dextra
capulo ensis admota minis,
conviciis, et contumeliis qui,
bus vis, Judici praeter modum
insultans, tantum concitavit
motum, ut omnes judicij
ministros insueta rerum
facie consternatos terruerit.
Nec dubito hunc motum mul,
torum malorum causam fu,
isse; nam inde utriusque
Magistratûs authoritas
vilescere, et plebs impunita,
tem agendi, quidvis sibi pol,
liceri coepit, quae duo soliti,
cum ordinem et omnia jura
evertere solent, judex hanc
insignem injuriam non tam
sibi, quàm Principi illa,
tam, dissimulatione non
esse obliterandam existima,
vit, ne jurisdictionis Ecclesiae
autho,

authoritas in urbe vilescat, &
deoque rem omnem, ut gesta
fuit, Principi edisserit, quem
cùm accepisset, indignissimè,
ut aequum fuit, tulit, atque
Senatui sine morâ scriptis
mandat, ut publica pacis vi,
olatorem comprehensum
ad meritum supplicium sta,
tuat, quem non solùm jura
civilia, sed et Imperii decre,
ta in omnibus fere Princi,
pum conventibus renovata
puniendum censeant. Se,
natus hac in re partium
offensionem et motum pu,
blicum forte intuens, tergi,
versatur, in excusationem
adducens criminis autho,
rem ad locum sacrum Co,
nobii Georgianorum, tan,
quam ad asylum confugisse,

unde

unde sibi non licere eximere
atque Princeps ut suâ au-
thoritate et permissu inde in
carcerem pertrahatur. Nemi-
nem enim ejus loci gaudere
privilegio posse, quem ipse te-
merario suo ausu violaverit,
delicta publica non esse simu-
landa, neque impunita relin-
quenda, ne malis delinquen-
di, et bonos opprimendi oc-
casio augeatur, nove Imperii
gravem in se indignationem
provocet, quare Senatus hisce
Scriptis permotus, Antonium
apud Georgianos comprehen-
sum, et in carcerem, qui in
portâ S. Virginis est dedu-
ctum, arcte constringi jubet.
hac Brusci captivitate pri-
mum parentem ac Conra-
dum Bruscum, fratrem,

deinde

deinde totam cognationem,
quem demum Bernhardum
Knipperdollingum omnes fa-
ctionis Coriphaeum, et sedi-
tiosorum universam cohor-
tem commovit, commotum
eò induxit, ut provido vedi-
mendo, ~~et~~ apud Senatum
instanter et pertinaciter a-
gerent, sed cum movendo, ro-
gando et supplicando factiosi
multum instarent et urge-
rent, à Senatu liberationis
quidem spem et ejus moram
impetrarunt; illi moreim-
patientes minus et effernato
concursu, eò tandem Senatum
sibi metuentem adegerunt,
ut citra ullam cautionem
reus eum carcere eripi pate-
retur. Rep[ta] tota factiosa-
rum multitudo ad Cenopo-
lium

Cum praga stato timpano in Ma-
gistratus contemptum et auda-
cia ostentationem secuta om-
nem carceris fœtorem animique
mœrorem largi meri copia ab-
luit, ibique varia inter se po-
titantes, ita ut fuit conferun-
maximè autem de papatu
opprimendo, et suis rebus pro-
pagandis satis intemperanter
in multam noctem disserunt.
Quam quidem verborum
vim et protervitam Senatus pati-
enter ferre visus est, data tamen
commoda vindicandi occasio-
nem Tribuni plebis, curiarum-
præfectos de hac lasciviâ con-
sultandi causa convocat, qui-
bus proponit: Cùm se officii
et juris jurandi religione dei
publ: commodis obstrictum
esse sciant, non possit proinde

salvâ

salvâ fide permittere, quin de-
dem Reipubl: ingruentium
quantum fieri possit, avertat,
ac concordiam flagitiosorum,
proterviam non nihil concussam,
boi bonorumque virorum assi-
dio et consilio reducere con-
tendat, reductam firmis pre-
sidiis adversus seditiosorum
insultum muniat. Sed cùm
penes se solum ea facultas
non sit, ideo ad hanc rem
tutius agendam, cospicissi-
mum in Consilio adhibitu-
rum, quos consuetudo majo-
rum, in negotiis difficillimis
adhibuerit, quosque
iisdem propemodum legibus
quibus se toti civitati devin-
xos esse cognoscant, de quo-
rum fide, constantiaque
afflictam Rempubl: re et

consi-

consilio juvandi non dubitet
quos diligentius ad Reipubl:
salutem, quam perditam illam
hominum colluviem adpernite,
ere vigilare sciat, quibus cha,
rores sint, conjuges, liberi et
omnes boni, quam factiosi
& præfracti, quos sua nondum
profudisse, neque alieni &
injuste insidiari intelligat,
qui vastitate patriæ conser,
vationem periculo securitatem
cædibus & rapinis pacem,
dedecori gloriam, & immor,
tale nomen præferant, cùm
hæc ita sint, se proinde à
præfectis plebei ordinis, ut
depositis omnibus animorũ
motibus, sola incorrupta ra,
tione præsentes præsentem
urbis motum; quod divinũ
pariter et humanum jus,

quo

quo tam ecclesiastica, quàm
profana politia claudem sibi
metuit! intucantur, Crassum
um hominem plebeum in per-
sonas publicum et Principis
judicem impetum fecisse,
jus publicum à privato cive,
pro tribunali in magno ho-
minum coetu et frequentiâ,
in loco sacro violatum Prin-
cipem reliquosque Princeps
ordines hac re plurimùm
offendos: ex minimâ scin-
tillâ ingentem flammam,
in urbis incendium erui-
nam posse cieri, idquod se-
cum expendant, si Crassey
et ejusdem amentia, scele-
risque satellites, qui se-
natum vexare non desti-
terunt, impunè evaserint.
omnes obedientiæ leges dis-

solvi

solvi, omnis concordiæ vincula
rumpi, nullum Magistratum
fore tutum, sedinane nomen
habiturum. Magnam hoc impu-
nitatis exemplo ad similem
furorem fenestram patefieri,
quid autem stante hâc rerum
facie in commune consulueriut,
Senatum benignè acceptorum.

Cum Senatus finem dicen-
di fecisset, plebeo ordinis pro-
fecti consilii capiendi causâ
digrediuntur, capitaque con-
ferentes diversis votis & Sen-
tentiis, inter se decertant,
intestinam tamen pernitiem
mollientes reprimendos, do-
mesticum incendium restin-
guendum, & à Seditiosorum
scelere urbem defendendam
ebe, ne quid Respubl. in commo-
di capiat, sine controversiâ

ullâ

ullâ consentiunt. Verùm de
pœnæ genere parum convene-
rant: fuerunt enim qui labe-
factantes Reipubl: tranquilli-
tatem capitis supplicio di-
gnos, et paucorum pœnam
multis profuturam judica-
bant: alii mulctam illis irro-
gandam: alii exilio ipsos
puniendos: alii dissimula-
tione omnia abolenda et
pericula summa minimo
motu sopienda esse censebant.
His rebus consilium sine certâ
sententiâ aliquamdiu pro-
trahitur. Cùm igitur de pœ-
nâ non conveniret, respon-
sum est: Seditiosos quidem
non impunitos non esse in
urbe ferendos, sed genus pœ-
næ Senatûs decreto se se
permittere, Senatus partim
ex

ea longâ consultatione tribu-
norum et respondendi mora,
partim ex hoc responso disser-
tientes consultantium animos
et Curiam populari favore
non destitui, facilè intellexit:
plebs enim hunc eo fortassis
nomine favorabilis dignum
putabat, quòd præ reliquis li-
beriùs, et audaciùs in Clerum
debacharetur, qui sic in odi-
um raptus, ità apud Catholicos
quæque malè propemodum
audiret; veritus igitur se,
natus est, ne si acerbius
quæque in factiosos decerne-
ret, novum concitaret in urbe
motum, si verò remissiùs et
leniùs Principem exacerba-
ret. Communicato itaque
cum Tribunis consilio ad

tempus

tempus illos exilio mulctan-
dos esse constituitur: Ut sta-
moenibus ejectis spe tum red-
undi non adempta Princeps
mitesceret, et legatione con-
lari placatus, renovatis Pal-
mania anno superiori initis
legibus delicti gratiam fe-
cit, quo flagitiosorum
confidentiam plurimum
minuit, bonorum verò spem
confirmavit.

Speranda quidem suis set
haec tranquillitas reddita
urbi diuturnior, nisi Ber-
nardus Knipperdollinck
civis novis rebus semper
intentus, quem inopia et
odium adversus Clerum
ad perturbandam Rempub.
stimulabant, proditor ho-
minum multitudine consi-

Sus

Sus: quos spe prædandi ad se
illexit: eo animi puritu et
intemperantiâ labora set eoq;
dementia venisset, ut Principi,
pis honoris atque existimati,
oni detrahens, ipsum sustaru
tarnarium passim in vehi,
ue publicis appellâsset,
dum forte ad eritandam igna,
viam et otium more magno,
rum procerum tornandi
arte se exercuisset, ideo cùm
eques demum facturus esset
iter, ac in Principis contume,
liam sursus cum parvo girgillo
ex ligno fabricato in pileo
gestaret, nihil sibi mali
metuens, sed nimium secury,
in oppido Fechtâ mandato
Principis, non tam contume,
liæ causâ, quàm seditiosis
in urbe excitatæ, capitur.

Sue,

fuerat enim potissimus au-
thor liberationis Crusei, qui
Episcopi tribunal violârat,
plebiveró sui semper simili-
cùm Knipperdollingum, cu-
jus authoritati plurimùm
nitebatur, ab Episcopo ca-
ptum intelligeret, primari-
um Clerum atque Senatum
partim precibus, partim
minis co'induxit, et ade-
git, ut literas supplices
eximia authoritatis Le-
gatos pro liberando illo mit-
terent, qui instanter capti-
vi causam apud Princi-
pem egerunt, finem autem
petendi non facientibus dixisse
Principem ferunt: se quidem
eorum votis annuere, sed ru-
cari, quare Clerus et Sena-
tus pro eo redimendo tam acrie
agunt

agunt, atque tantis sumptibus
et molestiis se se onerent illius
nomine, qui seditiones in urbe
excitare non destitit, qui Re-
pum summum discrimen con-
jecit, qui Senatui semper rebel-
lis et hostis perosus fuit, nec se du-
bitare ipsum eversorem patriæ
et totius Diœcesis futurum.
Quod oraculum bonam Sin-
cipem minime fefellit. Hinc
per dolingium proinde datis
fidejussoribus, prædicto de
non vindicandâ captivitate
sacramento in extremam om-
nium bonorum pernitiem car-
cere liberatur: nam cùm Mo-
nasterium ad suas factionis
sedes reverteretur, negle-
cto juramento, palam dicti-
tare non erubuit, se captivi-
tatem

tatem ita ulturum, & ima
summis profanaque sacris
mixturum, ut quot denarii
sibi Rac captivitate pericrint,
tot millia aureorum Pise-
ensis luat & mea sum ex-
pendat. Quod exitus per
immensos sumptus à Pise-
ensi difficillimæ obsidioni
impensos, verum esse declara-
vit: nec solùm Knipper-
dollingus, sed nec factiosa-
rum quisque strenuum lin-
guæ injicere, eamque ab
mordacibus dicteriis & oblo-
quiis in pontificem continere.
Cùm enim 7. die Septem-
per incuriam eorum, qui
plumbeas laminas tecti pa-
radisiaci consolidatione
firmiori reficerent, ubi
fortè ignem negligentius

custo-

custodivissent: / Paradisum
episcopalis curiæ consepsum,
nocturna flamma corripuis-
set, ac non tantum tectum,
sed admiranda etiam vetusta-
tis Bibliothecam irrecupe-
rabilem totius Westphaliæ
thesaurum, in quâ præter
codices ex arborum lignis con-
fectos, multorum quoque vi-
rorum autographa, aliaque
insignia Caroli magni mo-
numenta conservata exsti-
terunt, absumpsisset, et in
cineres convertisset, atque
illud incendium bonos viros
maxime doctos ad lacryma
effundendas fere commo-
visset, factiosi rident, ca-
chinnantur, præ gaudio ex-
ultant, flammam cœlitus

immis

immissam clamitantes Dei indignationem adversus Papistas hinc facilè intelligi, innocentiam (ut ei nunc divinitùs patefactam, nunc securim arbori admotam nunc messem Domini adfuturam, nunc pontificeas tamque palentes Zizania exurendas) domum ac Sacellum Sathanæ flammis divinis absumptum, juris papistici tectum dissolutum. Et hoc incendium non esse ranum præsagium papisticæ ruinæ passim vociferantur, & sic promiscuè plenis buccis in omnium conventibus & sympasiis perstrepunt, ut se mutuo non intelligunt, & amenti,

bus similes esse videantur.
Sed hac logomachia etsi
acerrima, neque tamen
Clerum ab officio deterruit,
neque Senatus authoritatem
elevavit, verum contra plebe;
jum furorem utergue tamen
Marpesia cautes persistens
in suo munere tam acriter
vigilat, ut hinc ad annum
1531. nihil scriptis clan;
nalibus dignum sit actum,
sudoris quoque lethalis
tristis facies anno 1529.
Europam pervadens subse;
quentis anni immanissi;
ma pestis calamitas, quæ
magnam partem mortali;
um stravit, superstites
ita terruit, ut metu mortis
jam peraulsi de innovatione

fidei

fidei, cæremoniarumque nihil
cogitarent. Carolus etiam V.
Imperator metuit, ne vicina-
rum quoque urbium contagione
hæc quoque ab avitâ religione,
desciscens rebellium numerū
augeret, itaque hoc Scripto
Augusta Vindelicorum 9na
Augusti anno 1530. canis-
se eam præmonere, et à prohi-
bitâ Sectâ Lutheranâ
deterrere voluit.

NOS CAROLUS
DEI Gratiâ Romanorum
Imperator semper Augustus
&c. ac Senatui civitatis
Monaster: gratiam et o-
mne bonum optamus. Non
sine eximio animi mœrore
quarundam civitatum et
immunitatem circum-
Westphaliam incola-

et

et subditos contra cæsareum
nostrum edictum adversus
Lutheranam factionem nu-
per in Principum conventu
Jormatiæ editum et publi-
catum, eandem sectam reti-
tam amplexos, et suo Ma-
gistratui rebelles factos
esse cognovimus, vos vero sub-
ditosque vestros Imperialibus
nostris decretis in hunc usq;
diem parui sse libenter acci-
pimus. Cum autem periculosi-
sisce temporibus metuendum
sit, ne à vicinis vestris latius
serpens hujusce sectæ conta-
gio in Reipubl. vestram
suggestione quorundam
irrepat, et cives vestros ita
inficiat, ut recisis obedien-
tiæ repagulis seditio: qua
omnium bonorum legi præ-
sen-

sentem interitum adferre
solet: / in Republ: vestrâ con-
citetur. Nos itaque subdi-
torum salutem anhelantes
et incommoda amovere ex a-
nimo cupientes, ut violata
hujusmodi secta, quæ sedi-
tionem et rebellionem gignit,
reprimatur, atque in Rep:
vestrâ bona politica ordina-
tio, concordia et tranquilli-
tas conservetur, Cæsareâ
authoritate serio præcipi-
mus, ut eos, qui Impera-
torii dicti violatores sunt
vel tanquam factiosi gra-
vantur, accuratè observetis.
Et si rebelles ac seditiosi
deprehèndantur, vel mani-
festis indiciis suspecti
seditionis fuerint, custo-
diæ includantur, et ut Im-

perato-

peratorio edicto satisfiat, justis
supplicijs mature afficiantur,
vel hoc serio agita, quod ad bo-
nam politiæ pacis et tranquilli-
tatis conservationem pertine-
re videbitur, neque in hac re
negligentes aut somnolenti
sitis, si nostram Imperiique
indignationem et pœnam evi-
tare velitis. Porro et hæc eadem
Imperatoriâ authoritate vo-
lumus, ne hujusmodi pacti,
osi aut seditiosi, ac publicæ
pacis turbatores, ullam im-
munitatem, securitatem, vel
tutum commeatum consequa-
tur, et si quid horum contra
edictum nostrum à quocun-
que impetraverint, irritum,
inefficax, nullumque mo-
menti fore percipimus.
Hoc Imperatoris Scriptum
in

in annum ferè novationum vacationem Reipubl. Romanæ præstitit.

ANNO 1531.

ACTA

Cum anno 1525. Senatus urgente plebe edicto præcepisset, ne quis in vicina urbis prata, quæ primo urbano stercorari possit, boves ageret. Quo calide effici posse creditum est, ut agri ~~[illegible]~~ elocationem Cleri: quem agriculturam exercere minimè decet: ad cives transferentur. Franciscus tamen Virgines edicto non parentes, in quodam suo prato prope Giverbecam in prospectu urbis sito sex boves in usum suæ culinæ pascerent. Plebs proinde consulibus queritur,

queritur, Senatorium edictum
parum sibi provesse, sed à Ple-
ro potius arroganter contemni.
Se igitur petere, ut suam au-
thoritatem vindicent, Virgines
civitatis moenibus includas,
eisdem legibus parere cogant.
Respondent consules: se salva
juris naturalis et civis reli-
gione nulli suum posse ade-
mere: præcipuè Monasterio
Franciscuviano antiquissi-
no et multis privilegiis tam
ab Imperatoribus, quàm Epi-
scopis diversis dicato, quo-
que civium adinopiam reda-
dorum liberos largis eleemo-
sinis alat, unde et alia mul-
ta commoda civibus perma-
nent. Plebs verò his verbis
minimè satiata, multo in-
stantius agit, libertatem ci-
vilem.

vilem non solùm defendendam,
sed etiam quocunque modo aug-
endam avaritia Cleri et an-
nuis redditibus miseros cives
exentarari quodammodo et
exhaustis facultatibus ad
extremam inopiam redigi.
Senatus igitur ut plebi ob-
strepenti gratificaretur, eam-
que indulgentiâ quadam â
novo motu coerceat, Ludgerū
Hom Syrcle ad Archivesta-
tem ablegat, petens ut edicto
annis superioribus promul-
gato pareat, et boves suos
è pascuis urbe vicinis eximat,
ne plebs inde tumultuandi
occasionem sumat.
Illa verò per Secretarium Suum
Dominum Pickelmum
Staet atque Oeconomum
respondet: Se suos boves

are

ere suo comparato sin suis, non alieni, aut communibus pascuis habere: se neminem in suo jure turbare, sua, alterum possidere, paterentur: igitur se jure suo sine in commodo alterius uti; si verò boves sibi erripiantur aut abigantur, se quidem ferre oportere, sed eam injuriam Deo, patientiæ et tempori commissuram; boves tamen in iisdem pratis, cum bonâ pace in usum Virginum pinguescunt.

Eodem hoc anno emersit quidam **Bernhardus**, satis quadam dispositione cognominatus, forte **Rothmannus**, quasi factionis vir: cum omnis factionis et dispu-

tis

ris religionis in urbe Monast. prospemodum author fuerit, adeo ut verissimè à poetâ dictum sit: conveniunt rebus nomina sæpè suis. Hic fuit patria Stadtlonensis cujusdam Henrici fabri ferrarii filius: est autem Stadtlona oppidum Diœcesis Monast. quod à parte Septentrionali Berkella fluvius alluens, aliquot rotas molares agitat, ac veteris ibi arcis ruinas præterfluens, Frede, nam declivi cursu contendit, hujus majores atque Parentes veneficii insimulati, vulgo infames habiti sunt, Avus enim publicâ veneficii nomine agens poenitentiam, cum Reymundo Cardinalis indulgentias

pon-

Pontificiae Romã in Germa-
niam attulisset, lactrusium
Deae ventricae circumtulisse, atq;
eo modo praesidio indulgen-
tiarum perpetrati facinoris
remissionem impetrasse di-
citur. Vocant autem lactru-
sum rasi, in quo lactis pin-
guedo assiduo motu in bu-
tyrum coit, atque coagulatur.
Hic itaque Bernhardus pue-
er, ingenio nobilissimo, atq;
saverrimo, parentum curã,
in Scholis diversis enutritus
primas litteras didicit, cu-
um Parentes trucioresq; essent,
quàm ut omnes Studiorum
sumptus ferre possent, Do-
mini Hermanni Sibingi
consanguinei sui & Vicarii
Collegii Mauritiani opse, in
numerum cantorum seu

chora-

horalium adscitus, in tem-
plo Mauritiano canendo
se exercuit, et victum sibi
quaesivit. Ubi cum adanno
aliquod rexisset, sequa co-
mitante ingenio et obsequii
promptissimi in multo-
rum familiaritatem insi-
nuasset, favorem non me-
diocrem apud multos sibi
conciliavit. Ubi vero cum
aetate, vox quoque acuta
in asperiorem mutari co-
pisset, ita ut hanc provin-
ciam diutius administran-
dam non videretur utilis,
Ffarendorpiensis schola
gubernaculo suscipiens, ju-
ventutem aliquamdiu docuit,
et in literis humanioribus
non parum profecit. Inde
instigante Vibingo profectus

Mo-

Moguntiam coepta litera-
rum studia persecutus est,
atque ibi communibus Philo-
sophorum sumptibus et
impensis, qui ibidem lite-
rarum causâ aderant, adju-
tus, Magisterii titulum An-
no /: ut opinor :/ 1727. adse-
cutus est. Inde reversus
à Sibingo non solùm sacel-
lanatum, verùm etiam bene-
ficium Ecclesiasticum in
aede Mauritianâ extra
muros Monast. sita Anno
1729 impetravit, et sacer-
dotii charactere insigni-
tus, ad concionandi func-
tionem admittitur, ubi pri-
mùm catholica, etiam
cum Dominorum applausu
docuit, sed cùm paulatim
ea suis conciombus admis-

cuis-

cuisset, quæ à Catholicorum dogmate aliena videbantur, et quosdam è civium numero, ad se novitatis avidos pellexisset, et clerum in odium plebeorum rapere cœpisset, Carolus Mauritianus ipsum suis sumptibus ad Academiam aliquam Catholicam abeundum satius esse putavit, quam se novarum opinionum patrocinio involvere, sperans ipsum aut minimè, aut saltem candidiorem reversurum. Ideoque canonici hujus Collegii ipsi Studiorum præsidium cà lege decernunt, ut Coloniam conderet, totumque se Theologicis literis manciparet, à qui carius quoque viginti florenos

nos

nos adscutus est, quos tamen
chirographo se restituturum astrin-
xit, restituet verò post annum
Natonis. Ille verò aliud agens,
aliud in animo tectum gerens,
se, quo Domini vellent profectu-
rum pollicetur. Sebutus ta-
men consilium quorundam
evangelicorum mercatorum,
qui clanculum quoque illi
pecunias in præsidium viati-
ci conferebant, Wittenbergæ
concessit. Interea Tubingue
vicesillius explevit, hujus
viri Melanchton ingenium
cùm cognovisset, dixisse
fertur: Ipsum aut insi-
gniter bonum, aut insigni-
ter fore malum. Inde no-
varum cæremoniarum dis-
cendarum causâ, superiori

Ger-

Germaniæ civitates pervagatus est, sicuti literæ à se Spiræ missæ satis declarand, quarum exemplum sequitur.

Honorabili ac Probo Viro Gerhardo REININGO Mon. in foro commoranti amico suo atque fautori eximio. Illo verò absente Prudenti nec non Cõspicuo Ioanni LANGERMAN Senatorii Ordinis Viro. S.

Gratiam Christi ac debitam officii mei declarationem in primis tibi offero amice dilectissime. Quo te absente Monasterio discesserim, semper animum meum male torsit, ideoque nunc data tabellarii occasione, non possum mihi temperare, quin

quin ad te litera s mea s tran s-
mittam, ut intelligas, ubi sim,
et quid valeam; quare scias me
nunc Spiro Dei gratia prospe-
ra valetudine frui; sed his lite-
ris exaratis subito Argento-
retum hinc obire decrevi, quod
merito omnium Christiano-
rum urbium et Ecclesiarum
coronam esse et palmam obtine-
re deprehendo; illic me ad
dies 14 etiam inquirendi stu-
dio continebo; verum vereor,
ne propter praesentem in his
locis amborum caritatem vi-
atico destitutus, institutam
profectionem abrumpere
cogor. Quare cum propter
nostram familiaritatem,
tum salutem, quae, ut spero,
non solum nobis, verum
etiam per gratiam Dei mul-
tis

tis, ex hac meâ peregrinatione continget, oro, ut meos fautores, et amicos meâ causâ conveni, ac, ut viginti florenos aureos in præsidium mei conferant, principio Bernhardum à Zrethem oppidi Harendor, pensis civem, ad quem quoque scribo, nihil enim dubito, quin is tibi 5. florenos prompte et statim traditurus sit, item Havickorstium in foro piscario habitantem Joannem Langermann patrotem præcipuum, à patru Schroderten, et reliquos omnes, quos mihi favere cognoveris, ut me cum primum posset, juvent, ac per fidelem nuncium pecuniam illam bonis viris collatam huc

spiram

Spiram ad Sandochium vi-
rentibus insignitum frondi-
bus transmitte, cujus hospes
cum Evangelio maxime sit
addictus; sicut et alii pleri-
que Wormacienses, Spiren-
ses, reliquorumque oppidorum
superioris Germaniæ cives:
fidelem transmittendæ pe-
cuniæ custodiam, donec
ego egero, recipiet, huic
nuncio propositum patefacere
nolui, idem et tu facias,
rogo, persuadi enim illi
me in judicio Camerae Im-
perialis causam, litemque
urgere, te hac in re mihi
non defuturum, plane con-
fido, et quo citius, eo me-
lius. Quantum autem

quisque

1772

quicquid sanctorum contule-
rit, diligenter annotato,
nam si Deus me superstitem
tem conservaverit, bonâ fide
reddam omnia. De aliis
rebus nunc temporis scri-
bere non possum, sed fratres,
sorores que omnes in Domino
meâ causâ quàm officio-
sissimè salutabis, Christe
Domino Vos commendabo.
Data Spirâ inferiori
praecedanicis a sessionis
Dominicae, Anno A 53 A.

Bernhardus Rothmānus

Haec intra unius mensis
spatium, quàm haec litera
sunt scripta, fieri necessitas
exigit, aliorsum scribi et
frustra huic pecuniae adfere-
tur: non enim diutius me
in Superiori Germaniâ con-
tinebo,

tinebo, se reditum ad vos ma-
turabo, Deus vobiscum, has
litteras tuis adjunctas, ad quos
scriptæ sunt, perferri curabis,
ac primo quoque die rescri-
bas vehementer contendo.

Reverendo Superintendenti Germa-
niæ Rothmannus salutem
tam innovationem, cùm concio-
nari etur apud Mauritianos,
se aliquamdiu callidè coër-
cuit, paulatim tamen omnes
ecclesiasticas innovationes
Evangelicorumque ritus,
quos tam Wittenbergæ,
quàm Argentorati didicerat,
non aliter, quàm Genius
imitando exprimit, omnesque
virus, annis præteritis con-
ceptum atque imbibitum
pleni jam jamque evomit.

Abrogatis itaque et reje-
ctis omnibus Catholicorum

cæremoniis, quasi horum com-
mentis nova Evangelicorum
spiritu excogitata substituun-
tur, damnantur opera bona
profusa, evangelica libertas
in licentiam commutata,
impunitatem peccandi pro-
mittit, qua plurimos ad
extremam inopiam redactos
spe invadendi bona aliena,
ad se allicit. Quid multis?
Rothmannus nomini suo
satisfaciens, ea docet, quæ
motus et factiones multi-
plices, sapiebant, quæ com-
munem Ecclesiarum pacem
labefactabant, quæ plebem
adversus Clerum et civilem
Magistratum inflamma-
bant, quæ catholicam reli-
gionem violabant, quæ omnes
ecclesiasticas constitutio-
nes

ones et ritus tollebant, ad
hanc novationis amentiam
natura hunc peperit, voluntas
exercuit, fortuna servavit.
Hunc nulli aere potissimum
alieno prægravati, tanquam
numen aliquod venerentur,
abore hujus pendent, hunc
spiritu Dei agitatum sibi
persuadent, huni tanto
studio et aviditate audiendi
invito etiam Magistratu
catervatim ex urbe sequun-
tur, ut præter hunc concionatorem
existimarent esse
nullum, et alios cum toto
Clero contemnant, damnent
et execrentur. Hujus autem
doctrinæ consiliarios quos-
dam Episcopi et authores
et patronos esse plerique
non dubitabant. Cum anno
1532.

1532. die 25. Januarii Leonardus Xiaeß Principi a Secretis per Henricum Wichmannum grammatophilacium ministrum Rothmanno praecepit, ne sibi magnopere metuat. Si enim acerbius aliquid per Episcopum suggestione malevolorum contra ipsum decretum fuerit, haec per intermurionis dancularios satis mature ipsi è grammatophilacio scieturum. Quam rem Wichmannus per literas scribebat Rothmanno. Verum ubi Princeps per Clerum primarium Senatumque urbis de Religionis innovatione deque seditione à Rothmanno inter cives concitata certior esset

factus, plus valuit apud Strin-
cipem virorum gravium au-
thoritas, quam levium et
perjurorum quorundam au-
dacium persuasio. Itaq;
concionandi munere illi pro-
tinus interdicit. Quare
Rothmannus nihil sibi male
metuens conterritus Strin-
cipem his scriptis supplici-
bus, Novemb. editis sag-
geditur.

OPTIMO CLARIS
simoque PRINCIPI ac Do-
mino Dño FREDERICO
Electo ac confirmato
Ecclesiæ Monti Domi
no ac Principi Clemē-
tissimo.

Gratiam et pacem à
Domino per Christum
Quærens ac Supplex ad

Genua

genua tua pervolvor, Praesul
Amplissime, Clarissime
Princeps, non externâ corpo-
ris adoratione, quàm S. S.
secundum Deum debeo; sed
quomodo possum, nimirum
affectus & vota mea hisce
teris oculis S. Cel. situs
humilem exponens, ne aver-
tas obsecro, clementissime
Princeps. Oculos tuos, sedre-
spice in lacrymas, quas
utinam liceat tam verè
hic pingere, quàm mimico
moerore uberrimè oculis meis
emanant, deditissimi cli-
entuli tui. Quid enim cli-
entuli non dicam? cùm Se
toties & Judicem et Patro-
num appellarim? adhuc
mandato S. C. videlicet
ne prædicem publicè Chri-
stum, animarum mihi com-
missa,

missarum salutem ne curem,
Nominis Divini gloriam ne
illustrem, pietatem ne pro-
movcam, et impietatem ne
convellam: hæc enim omnia
deserto docendi munere pro-
moveri per me consueto Nu-
dio non possunt: non sine
gravi conscientiæ afflictio-
ne obtempero. Nolo hic ex-
aggerare animi mei præsu-
ras, quem huic divini judi-
cii terror, ut qui non excu-
so omnia mihi confiteri Chri-
stum suum videri possum,
inde piorum querelæ, lacry-
mæ; impiorum vero acule-
ta convitia, et deserti mu-
neris contumeliosæ expro-
brationes, vellicant, vexant
et perscindunt, tantum
hoc dicam Clementiss.

P.

rin-

180.

Princeps, utinam videres
quæ sint hic passim peiorum
lacrymæ ac gemitus, sortem
non tam meam, quam pro-
priam ac Christi contume-
liam deplorantium. Cuius
pe quod mendax impiorum
accusatio tantum apud
P. P. valuerit, ut me officio
exturbat, illos audiitu Evan-
gelii privet adeoque Evan-
gelium Christi malorum
cavillationi permittat.
Qui dum doctrinam
meam, quæ Evangelio non
tam fuit semper consenta-
nea, quàm ipsissimum
Evangelium, lacerant ac
falsitatis insimulant,
pristum ipsum contume-
liâ afficiunt. Hoc Opt.
Princeps, dum considerant
pii, cogita quaeso, quæ

suspi-

suspiria, quos denique singul-
tus illis exprimat. Sure non
fuisse majorem calamitatis
deplorationem, ira clibi in
Elogio oppressis, quam qua
deplorant hi pii me per ad-
versariorum calumniam
gravari injuria, et illos verbi
Dei audito, quantum ad me
attinet, orbari non quod me
solum Prophetam in hac terra
putem haec dico, sed quod omni-
bus, qui me unquam audie-
runt, constet, pari studio, fi-
de et sedulitate in Evangeli-
o negotio fuisse. Quare
nunc vehementius dolent, quae
nunquam et nusquam sor-
tem deprehenderunt: quam
laudem nunquam auferre
poterit malorum livor: nunc
veluti divinorum cumulum,

torem cum ignominia Evan-
gelii exturbari, idque nulla
dicta causa, nullo imputa-
to crimine. Quamobrem cum
citra conscientia mea offli-
ctionem, piorum dolorem
et Evangelii ignominiam fieri
non possit, ut taceam et
prædicandi munus amit-
tam diutius, rogo atque
obsecro te per salutem tuam
Pientissime Princeps, in-
dulge liberam Christi inter
Christianos prædicationem
mihi, miserere gemitum,
et ne permitte, ut impii pro-
fanent impune sanctuari-
um Dei, quos excogitatis
calumniis tale adversus me
mandatum extorsisse non
ambigo. Mandatum V.
C. ad tempus prohibeat, ni-
mirum

mirum donec cognoscatur,
aliquid exactius statuatur.
Ecce Humanis. Princeps
hebdamadas plus minus
tres sunt, quo dum angustiis
testor, piorum lacrymas et
gemitus, impiorum excra-
tiones audio, respice tan-
dem et miserere supplicis
tui, qui ut necessitate co-
actus, clementiam tuam
subinde implorat, ita nulla
cognitionem, nullum judi-
cium detrectat. Laxa igitur
mandati tui vigorem Aequis-
sime Princeps, et judicium
expectantem, cognitionem
denique appetentem, jube
benefacere, hoc est, docere
verbum Dei, commissas ani-
mas curare, afflictas pio-
rum conscientias consolari.

Quod

Quod meum officium si fu-
gidium curâro, dignus pro-
fecto duriore animadversio-
ne essem, nunc studiosè sata-
gentem et hoc ipsum se-
dulo conantem juvabis po-
tius, quàm remoraberis
Opt. Princeps. Quod ut
justum ac pium est, ita
haud gravatim P. I. fa-ctu-
ram confido. Porro quidem
si tenebriones illi accusa-
tores mei non permittent,
sed graviora crimina intenta-
bunt, quam ut indulgendum
hoc mihi putes, da quaeso hoc
mihi, quod negatum adhuc
nemini puto, ut si quis ac-cu-
set dicere mihi causam meam
liceat. Jetus hoc est, et intimè
insitum omnium gentium
consuetudini ac naturae, in-
dicta causa et inauditum

nemi-

neminem condemnare, Omnibus
judicium datur, de omnibus
sententia fertur. Certe profecto
tantum abest, ut causa mea
diffidam, ut si dicenda causa
sit, vicero, hac equidem
animo sedico, quod nullum
supplicium detrectabo, si
ullius criminis, qualia mihi
forte sic sapius S. V. multa
impinguntur, vere reus con-
victus fuero, si vero vi ac
violentiâ decertandum, in
S. V. ut plurimum situm est,
qualis futurus sim: nam si
tua D. defendet, salva res est,
sin deserat periculum quidem
inerit, ego tum conscientia
bona fretus non desperabo.
Equidem in Domino speravi
et eripiet me, ne quando ra-
piant inimici, ut Leo, animā
meam

meam, dum non est, quem
redimat, neque quem salvum
faciat. Scio etenim, circum-
dederunt me canes multi,
et consilium malignantium
obsedit me, sed avertat Deus
mala ab inimicis meis mihi
illata, et in veritate sua di-
sperdat illos; neque dubium,
quin Christus, qui omnia
intuetur, vindicet ad hanc
calamitatem meam oculos
diriget, qui ob liberam ac
puram nominis sui confes-
sionem ita calumniis et
criminibus obruor, ut aequis-
et pientiss. Principis animus
mihi propitius reddatur.
Sed quid mirum, quod me
in gratiam bonorum pone-
re debuit, hoc in malorum
offensionem conjecisse?

Qu

Su itaque Opt: ac Iustiss. Prin-
ceps, si illorum calumniis, qua-
cunque tandem illi sunt, qui
mihi odiose adeo apud S.
D. delationes factitant, et per-
tinaci impotobitate convictus
aures dediste, et ideo ab offi-
cio me meo prohibuisti, absen-
tur illis non debeo, quin reus
prius intentati mihi criminis
ferro te judice convictus.
Quod te facturum adeo non
dubito, ut de me sollicitus
amplius esse desinam, to-
tumque me S. celsitudinis
arbitrio trado, ut tu hic quod
justum et pium est, statuas.
Qui ea ei genuina indole
Princeps, ut non minus justi-
tia, quam pietatis animo
vis observari. Quare ut
me hic tueare, et quod ero

clemen-

clementer indulgeat, ipsa
abs te causa impetrabit, si
non, ore mego etiam adhæc
P. P. clemens respondeam,
quàm possum humillime ex-
postulo, et inter tot angu-
stias constitutum, quo me
vertere debeam, intelligam.
Christus Salvator per suam
gratiam P. P. quàm diu-
tissimè conservet, et ad im-
petratum per se nobile re-
gnum clementer perducat
cum gloriâ, cum Patre et
Spiritu Sancto, Amen.
Datum in Campis Mau-
ritianis Monasterii e
musæo meo Anno 1530.
prima Novembris

T. D.

Devotissimus Clien-
tulus ...

Bernardus Rothmānus Ecclesiæ Christi apud D: Mauritium Monasterii Minister.

Princeps per Consiliarios suos renunciat, ut ad tempus relictâ suâ sede, patriâ emigret, et ad Comitiorum, aut Concilii futuri decisionem differat redditum.

Rothmannus impetrata à Consiliarijs respondendi deliberatione, sequenti die sic respondet:

Quamlibet mihi Conditionem eximii magnificentissimi Viri, eidemque Reverend: Clariss: Domini ac Principis nostri Consultores Studentissimi: jussu Principis mihi proposuistis: nimirum ut hinc

ad

ad tempus relicta patria demi-
grem, vel usque ad peractio-
nem comitorum, aut ad futuru
consilium diligentia mecum
qua potui tractavi, et quo
id facto opus, quantum in-
dustria mea videre, et perspi-
cere mihi licuit, reputavi,
oro, ut quae est humanitas
vestra benevolenter responsi-
onem audire digneminine-
am, quam equidem brevibus
exponere studebo. Equidem
volo et merito debeo, non tan-
tum Clementissimi Principis
nostri precibus, sed et justis
ipsius libenter obtemperare,
in omnibus, etiamsi citra
corporale dispendium fieri
nequeat: Scriptum enim est.
Obediendum est propositis
etiam discolis; itaque ta-
metsi haec mea discessio sine
ingenti

ingenti corporis & rei familiæ
ariis incommodo fieri non potest:
nam ea est tenuitas mea, ut
excul commodè, vel ad brevissi-
mum temporis spatium susti-
nere me non possim. Præterea
hoc quantulumcumque est, un-
de nunc tenuem vitam traho
si absque consensu Capitulí
mei porrexero, adimere omino
conabuntur, atque ita et Patria
et substantia, simul orbabor,
ad hæc quæ est malia, quorum
dam forte sic gravius periculum
non temere formidarim, atque
vero si ita volet omnino Sin-
ceps, his non attentis, nihil
moratus, opportunia hæc di-
spendia libenter cederem, et
Principis voluntati obtempe-
rarem, sed quando quidem
sine perpetua conscientiæ
meæ sugillationis nata, of-

fensione

pensione multorum, et diuinæ
iræ incursione nequeat, haud
quaquam spero Clementiss:
Principem nostrum, ubi rem
ipsam presius considerarit,
tam præsenti me corporis
et animæ periculo gravaturum,
etenim multi veritatis doctri-
nam per Christi gratiam ac-
ceperunt; quod si hoc modo
discesserò, relicto verbo, quod
dotui profecto infidelem
me verbi ministrum, et per-
fidum tergiversatorem, merito
habeant, atque accusent,
multi quoque, qui necdum
in doctrinam veritatis firmi-
ter radices egerunt, si ego
insalutato hospite: quod
dicitur; qua de sceleratius
aliquid designarim, abierò
scandalizarentur utique
impii enim calumniatores,

qui

qui alios doctrinam meam te-
nebrosis cavillationibus sugillare
traducere et blasphemare non
cessant, tunc demum protrudeam
conspuerent et conculcarent, et
me ut nebulonem et desultorem
turpissimum infamarent; praeter
eo doctrinam meam compendio
contractam, dilectis in Christo
fratribus meis cooperariis spi-
ritualibus obtuli, judicii eorum
calculos expostulans. Quod
si sententiam eorum hic abitu
averterim, facile colligitur, quid
de me, meaque doctrina, quam
etiam vitae periculo tueri debeam,
sensuri, pronunciaturique
fuerint; haec omnia citra
controversiam, et his fortasse
duriora, si veluti fuga mihi
consulero ad perpetuam animae
perditionem, propter scandu-
lum multorum mihi impingen-
tur

tur; scriptum est autem: si quis offenderit unum ex pusillis istis, qui credunt in me, melius esset illi, si mola asinaria suspendatur à collo ejus, et mittatur in profundum maris. Proinde si violenter exturbator, si ob calumnias impiorum, qui coram accusare detractant, exulare cogor: si ego enim nullius mihi conscius sum: / hanc equidem exemplo Christi agonem hæc mei et suorum militum superandam mihi fortunam ferendo esse duxi, tunc enim quicquid hoc fuerit periculi et scandali non in me, qui cogor excutere pulverem è pedibus in testimonium, sed in illos, qui hujus fugæ authores fuerunt, redundabit, absit autem

autem à me religio, mihi sit
ejus modi quicquam de Prin-
cipe nostro, ut ingenuâ man-
suetudine, ita et germano
Christianæ pietatis candore
perdito suspicari. Quem
tantùm abest, ut hac mea
constantiâ offensurum me
quicquam putem, ut potius
dominationi suæ vehementer
gratum futurum, planè con-
fidam, quod temere decerno,
ita si à Christo Duce com-
missam mihi provinciam
temerè reliquero, non minus
periculosum, quàm inho-
nestum mihi fuerit. Atqui
vero si omnino id decretum
est Principi, ut decere et
præfecto commisso mihi Regi
nolit admittere, ipso mean-
tore rogabo Christum, mihi
ut

ut ne fraudi esse sinat, et liben-
ter obtemperabo, quantum per
Dei timorem et conscientiam
licebit, ubi autem hoc non
licebit, ut ingenue quod sentio
fateri liceat: / tolerabilius
mihi est incidere in manus
hominum, quam in judicium
Dei, quod est terribile in con-
ciliis hominum, ceterum quod
metuitur mea causa tumul-
tum et seditionem excortu-
ram, quemadmodum hacte-
nus hic Genus metus fuit,
ut forte se ab impiis, quibus
nunquam pax est, simulatu-
ita si quid hujus vel obscurum
vel probabile argumentum
propter me apparuerit, cujus
censura et multa, quam
aequiss. Princeps noster in-
fligere mihi volet, libenter

cesero

cepero, perpetuo equidem hoc
studio summo curavi, ut Reipub:
tranquillita salva esset, quod
non difficulter multis argu-
mentis testari possem, atque
hoc mihi studium perpetuo
fore spero. Proinde cum mea
præsentia, nulli bono sit futu-
ra molesta; absentia verò mul-
tis offendiculo, rogaverim e-
quidem obnixe, et Reverendis:
in Christo et clementiss: Prin-
ceps noster, si nil amplius, sal-
tem securè manendi in patriâ
veniam, in quâ nil unquam
designam, præter decorum, et
ejus stationem reddere non
sim paratus, indulgere digne-
tur. Quod dominationem sua
haud gravatim facturam spero,
ita clemens responsum Arden-
tiss: votis expectabo.

Bernhardus Rothmānus.

Anno 1532. Acta

Hot Rotmanni responsum
Consiliarii se ad Principem per-
laturos recipiunt, at Princeps
nondum eo mitigatus, sed ma-
gis exacerbatus, per Theodor.
cum a D. Cervelde Satrapam
Wattbecanum, eidem Rotman
no in urbem vocato, salvum
conductum (: ut dicitur :) re-
nunciat, hoc est liberam
apud Mauritianos commo-
randi et vivendi securitatem
adimit, ille vero in urbe apud
sua factionis satellites, clan-
culum urbis libertate fruens
se continuit, et cum injuriam
sibi in Evangelio negotio per-
venter laboranti hac renunci-
ationis illatam esse existi-
maret, Principis gratiam sa-
tis quidem acriter his supplı-

cabus

cibus literis 16. Januarii scri-
ptis implorat.

Gratiam & pacem in Chri-
to; quaquam reverenda tua
pietas, Præsul amplissime, du-
ram se nunc mihi et parum
propitiam exhibere videatur,
haud quaquam tamen ita in-
duratam et omni erga me
miserationis tuæ viscera
obriguisse, persuaderi possum,
ut defensioni innocentiæ
meæ locum, apud R. T. T.
amplius invenire nequaquam
fateor, est etiam sua menda-
ciis et calumniis Pitho per-
suasionis dea, quæ pruden-
tibus et bonis sucoque non
nunquam imponit, nec
raro fieri videmus, ut plus
liceat mendacio; quàm veri-
tati, calumniæ; quàm inno-
centiæ, veruntamen iniqui
et

et parum humani animi est,
calumniosas accusantium,
imò detraducentium dilatio-
nes accipere, innocenti verò
defensionem abnuere, hoc
autem de S. S. humanitate
vel suspicari nefas duco; præ-
terea non putò S. S. ita tene-
briorum meorum odiosis
calumniis, in indignationem
eneo pertractam, ut non re-
sponsionem, deditionemque
meam, clementer sit admi-
tura, ea quippe semper ge-
nuina pietatis, et æquitatis
sua, apud me existimatio
fuit, et est, ut si quis coram
S. S. innocentiæ suæ defen-
sionem offerat, facile pietati
et æquitati suæ gratiam
adversus quantumvis cri-
minosas dilationes impetret.

Sotto

Porro autem p: quod tamen non spero: S: P: adversario-
rum meorum ementitis ea-
lumnijs persuasa, omnino im-
placabilem aliquam indi-
gnationem, adversus me teneri
animo concepisset, tamen non
dubito veritatis et justitiæ
causam nihilominus suscipie
libenter, et perleges strenue,
neque enim sustinebit san-
ctissima pietas tua, et inge-
nua vere heroici animi aequi-
tas, ut unius privati homi-
nis, offensa veritatem, justi-
tiamque cum multorum of-
fendiculo periclitari patiaris:
quæ si te protectore salva erunt
leverit, etiamsi acerbissi-
mum fuerit, mihi hac in
causâ quicquid eveniet, pro-
inde ornatiss: Princeps
pauca

paucis ab hinc retroactis diebus Satrapa S. P. in Solbecke, honestus Theodorius à Nervelot venit in civitatem tuam Monasterium, atque ex adibus meis è suburbano Mauritii ture ad se invitavit; parebam, ut debui, libens veni, convenit me ille, et ecce ô dolor! ignominanti et nil minus exspectanti, ut pote nullius mihi mali conscius, Dominationis tuæ salvum conductum renunciavit. Ad hanc vocem Serenis. Principis obstupui fateor, steterunt que comæ, vox faucibus hæsit; liceat mihi hunc stuporem Virgilio carmine exprimere: quid enim non tam inopinato nuncio obstupescerem? nam

nam cum me semper juro, ju,
dicio et cognitioni in primis
principis dñi tui, quem compe,
tentem Judicem meum liben,
ter agnosco, obtulerim, deinde
et omnibus, quibus debere
me puto, nil minus sperare
potui, quàm me justitiæ cen,
suram exposturum, injus,
dicatum, inconvictum, publi,
co præsidio destituendum,
doleo equidem hanc meam
sortem vehementissimè, dolent
mecum ac lugent vere pii
omnes: nam non sine ani,
marum multarum læsione,
Evangelii fieri videmus.
Quare te per salutem tuam
oro humanis. Princeps:
permitte, ut animarum sa,
luti Evangelii gloria
consulatur prius, quàm

ego

ego patria, in quâ nil unquã
sceleratî commisi, cujus non
rationem reddere sum para-
tus, exulare cogor, siquidem
enim Evangelii gloria et ani-
marum salus te protectore
salva erunt, leve erit, etiamsi
fuerit durissimum, quicquid
evenire mihi, hoc fiet, si
principatus tuus accusato-
res meos palam accusare,
coram D. T. jubebit, ut
sit defendi mihi locus; si
tum reus convictus fuero, mi-
hi impingetur confusio et
pœna, Evangelii verò sua
gloria, et animabus salus
asseretur, qua partim imme-
rito profligare, mecum do-
ctrina mea putabunt, par-
tim Evangelico offendi pro-
fligationis meæ scandalo
con-

contemnent, si injudicatus proscribar, hoc si latro, si parricida petat, nimirum ut causam liceat sibi dicere suæ, priusquam damnationis sententiam audire cogatur, fortasse nulla tam barbara gens fuit, quæ negandum putet. Judicium enim omnibus datur; ego autem, cùm innocens sim, aut certè nondum nocens convictus, hoc D. T. S. mihi clementer daturum spero, præsertim cùm amplius nec lon-giusposcam, quàm innocentiæ meæ satisfactionem reddam, aut convictæ culpæ censuram subeam; quam obrem ecce Princeps pretus benigna ~~&~~ erga afflictos Christiani animi tui mansuetudi-ne provolutus ad pedes de-mentiæ

mentice tuæ, me iterum si,
cut et sæpe ante hac, judicio,
cognitioni et arbitrio, justitiæ
tuæ totum offero, omnium
accusationibus libenter sta,
turus. Idem nequis ullo
modo tergiversatorem me,
et cognitionis causæ meæ
detractionem jure accusare
possit. Peto coram Reverend.
Capitulo et Senatus Hon:
ita autem me offero, ut non
tantùm sim paratus doctri,
næ meæ rationem reddere,
sed et vitæ, morum, et omnium
actionum mearum censu,
ram subire. Nam etsi co,
ram Deo peccatorem me fa,
teor, mundano tamen gladio
me nil debere scio, refragentur,
insultent, troducant calum,
niosi detatores mei, quan,
tum velint, aliam culpam,

vere

verè non impingent, quàm
quæ illis maxima forta sse
videtur: Christi nomen quo
liberius prædicavi. Utinam
ô cognoscente te, causam
hanc dicere liceat; præsertim
cum præter Te alium Judicem
nec ferre, nec habere debeam,
si quidem ullius pœnalis
flagitii reum convincere,
profectò supplicium nullum
detrectarem; non precor
enim in hac causâ quicquã
misericordiæ dari, severis si,
mè judicari postulo. Quid
faciam ultra? si hanc dedi,
cationem meam non volet
recipere humanitas Tua;
si ita per calumnias malo,
rum obturatæ sunt aures
pietati Tuæ, precesinno,
centi audire, ut nequeas?

deni,

denique si de sertus officio
meo tantùm accusatus
charissimam patriam re-
linquam, quandoquidem
propter Christi nomen hæc
cuncta mihi evenire scio,
Christo quoque hanc causam
tradam, ille ut omnia intu-
etur, ita et ad hanc calami-
tatem meam, vindices olim
oculos diriget, sed tam est
constans et firma pietatis
et æquitatis tuæ apud me
persuasio, ut tametsi cle-
mentia tua austeritatis
faciem pro se ferre videatur
tamen veluti de benignissi-
mo patre optima de te spe-
rare, atque promittere mihi
non desino, idcirco optime
Princeps respice quæso hujus
causæ necessitatem, respice
digni-

dignitatem tuam, ut laudatiss.
non meam tantùm, sed omnium
de te existimationem, et in
dulge in hac patriâ meâ pu-
blico tuo præsidio, tanti per
vivere tibi, donec per accusato-
res meos, criminis alicujus reus
convictus fuero, aut certe quoad
usque doctrinæ meæ confessio,
quam propemodum publico
omnium judicio, ut qualis
sit cognoscatur produccam,
examinetur, probetur, aut
meo periculo condemnetur.
Quod cùm æquitatis ratio
postulet, D. T. clementer
facturam dubitare non debeo,
sed ita me commendo, ita con-
fido, ita spero, in Tuam
Amplis. Dominationem,
quâ Dominus Jesus nobis

servet,

servet, et magnificet, adgloriam Evangelii sempiternam Amen. Responsum S. P. Clemens supplicitер precor. Datum Anno 1552. prævigilio Antoni.

V. T. D.

Dedilissimus
Bernardus Rotmānus Ecclesiastes D.
Mauritii ...

Confessio doctrinæ Rotmannicæ, cujus superius mentionem fecit, quàm tamen longè aliter, quàm vivâ voce aliquoties docuerat ad Ecclesiarum Pastores et Presbyteros misserat, huic Joannes Langermannus præfationem vernacula lingua conscriptam præmisit, quam sic ad verbū reddidi.

Joan.

Ioannes Lan-
germannus Le-
ctori, S.

Gratia et pax Dei per Jesum Christum.

Pie et candide lector, doctrina J. Bernhardi Rotmanni confessionem in articulos digestam, quam latine conscriptam publicavit, nunc in gratiam tui, qui latina non intelliges, in lingaam germanicam transtuli, ut videas, legas, et judices, an doctrina ipsius, quam hactenus professus est, et nunc omnium oculis exponit, Sacro, Sancta Scriptura et Evangelio sit conformis: nam quamvis ipse latina non noveris, tamen tui muneris erit et officii, certâ ratione distinguere, qui spiritus sint à Deo, cum Christus

non

non certo alicui hominum ge-
neri dixisse videatur: cavete
vobis à falsis Prophetis, sed omni-
bus in genere, qui seduci non velint,
quotidie audis: quod idem ille
Dominus Bernhardus à quibus-
dam maledicis sugillatur et
traducitur, quasi illius doctri-
na haresin sapiat, et à verbo
Dei sit aliena. Postquam
verò doctrinam suam in lucē
profert, omniumque judicio
eam exponit, neque eam à
suis calumniatoribus ~~d~~ cal-
patur, neque reprehenditur,
facilè videre licet, penes quem
veritas sese præsumatur. At
Christo dicitur: qui malè
agit, odit lucem, et fugit
eam, ne arguātur opera illius.
Quare candide lector, ne te
impiorum & et furiosorum
hominum calumniæ moveant,

veritas

veritas enim nunquam à ca-
lumniis malevolorum tuta esse
potest, hanc confessionem di-
ligenter expende, huicque sa-
cram Scripturam tanquam
lapidem Lydium adhibe, qua
omnis doctrina exploranda
est, etsi eam sacris literis con-
formem esse deprehenderis, si-
ca remissionem seu ablutio-
nem peccatorum, omnemque
salutem: quod Scriptura fa-
cit: soli Christo tribuit, ne
te commoveat, quid hominum
constitutiones his contrariæ,
vetusque consuetudo: quæ
merito veritati cederet: ex co-
gitent, decernant et jubeant,
nam si ores et Discipuli Chri-
sti esse velimus, vocem quoq;
Pastoris, et Magistri nostri
diligenter audiamus, necesse
est,

est, neque ab aliis nos seduci
sinamus, ad quam rem forti,
ter conficiendam, Deus nobis
suam gratiam largiatur.
Datum Anno 1532...

CONFESSIONIS DOctrinæ Bernardi Rotmanni Stadtlonensis Ecclesiastæ Mauritiani Epitome. Venerabilibus Viris ac Dominis CHRISTI Ministris D: Decanis Patroribus & Presbyteris Civitatis Monsis & Collegii D: Mauritii moenibus ejusdem subjecti.

Ber: Rot: S:

Gratiam à Deo Patre

et

et sinceram per Spiritum Sanctum
Christi cognitionem. Cogit me
impiorum quorundam malitia,
viri Fratres, qui Evangelion
Christi Jesu hactenus à me pari
fide et studio per Christi gra-
tiam traditum, blasphemare
et conspuere non cessant, ut
quod palam hactenus pro modu-
lo gratiæ meæ, linguâ et voce
fideliter propagavi, nunc ca-
lamo, scriptoque in vulgare
aggrediar. Quippe cùm ita
per calumnias malorum vul-
nota ferat, ut publicando per-
dicandi munere abstinere
cogar, calamo pro linguâ u-
tendum duxi, et quod lingua
fieri prohibetur, nimirum
ut manifesta sit Evangelii
per me traditi veritas, scripto
pro mediocritate meâ præ-
stare

stare conabor. Omnino enim tam impiis malorum blasphemiis, quibus non meam, sed Christi doctrinam insolentis, simè veluti cerebrosam, insanam, erroneam, et hæreticam sugillare intelligo, resistendum existimo, quoniam infidelitatem Christo, cujus Evangelion est, quod tradidi, tum mihi et fratribus, quibus per Evangelion salus contingit, fuero, si dissimulare velim aut negligenter permittere, hanc Christi injuriam et Evangelii blasphemiam in animum induxero, idcirco quemadmodum ex officio debeo, nimirum Evangelii gloriam concrediti mihi populi salutem sedulò promoveam, verùm doctrinæ meæ confessionem adversus mendaces, impiorum calum-

nia-

nias, veluti anthitesi quodam
operæ pretium duxi, bona sigui-
dem spes, omnium meum habet
futurum, ut simul atque vera
doctrinæ meæ confessio fuerit
publicata, impiorum strophæ,
quibus rude vulgus, imperita
plebs fascinatur, et ab Evange-
licæ veritatis cognitione prohi-
betur, absterreturque, aut pror-
sus convellantur, aut certe mi-
nus noceant. Quemadmodum
enim qui in lumine ambulat, mi-
nus offendit, ita calumniosæ
impiorum tegnæ, quibus veritatem
obscurare nituntur, minus sim-
plicium animos turbabunt, si
veritatis claritas juxta ponatur.
Proinde Viri Fratres hæc causa,
hæc inquam ratio est, quare
doctrinæ meæ capita, in quam
veteres quidam et plane Athei
homines tam furiosè debachan-

tur

tur, in articulos contrahere, et palam profiteri sum coactus, quibus equidem quanquam Augusti sint, tamen prudenter et mediocriter in sacris literis exercitato, et Christi cognitione imbuto, unde tanquam ex fonte quodam, quidquid docui, profluxit, ita satis factum puto, ut ad examinandam et judicandam doctrinam meam, non ita multum sit desideratum. Quanquam enim mihi doctrinæ meæ statum et seriem in memoriam revocare licuit, nihil prætermisi, quod non eâ fide, eâ conditione, quam prædicatum est, hic quoque scriptum est, inveniat et legat, hanc doctrinæ meæ confessionem, viri Fratres, sicuti totius Ecclesiæ ex afflatu Spiritus

Sancti

sancti secundum scripturam
decernenti judicio libenter
submitto, ita ut id præcipue a
vestra faciam, cum alia in
causa sunt, tum maxime
quod simili atque ego prædi-
functione Evangelicæ veritatis
et populi salutis causam, per-
inde quoque, atque ego adversa
virulentas sycophantarum
calumnias defendendam su-
scipere, etiam si nemo admoneat,
debeatis. Quod utique pro fa-
cilis si doctrinam hanc me-
am ad amussim sacrarum
litterarum examinaveritis,
et vel probare vel improbare
non recusaveritis: mihi enim
ex æquo est, quomodo fiet,
modo Evangelii lux, et popu-
li salus sint salva; ego autem
nullius mihi conscius sum,
et extra scripturam canonicam
cui

cui soli etiam fidem confir-
mare didicit Augustinus: /
nihil me unquam docuisse,
scio tamen exemplo Pauli, quo
vestro suffragio magis in tuto
sit Evangelion, quod tradidi,
veluti collationem facturus
censurae vestrae, libenter sub-
mitto, usque o. Fratres per
salutem vestram, obtestor,
ut quemadmodum ego cen-
surae vestrae, calculum can-
dide & libenter subeo, vos
vicissim pari candore legere
& judicare, hanc meae do-
trinae confessionem velitis,
si quid certius docere poteritis,
ut filius obediens, patrum
doctrinam non sum asper-
natus. Valete. Mon:
Anno M.D.72. die 25ta
mensis Januarii

De

DE SACRIS LITERIS.

Solis sacris Literis absq; contradictione cedimus et acquiescimus, sacræ literæ sunt, quæ ad salutem, quæ est per fidem in Christo Jesu nos erudito reddere possunt, ut integer sit Dei homo, ad omne opus bonum apparatus, sacræ literæ verbum Dei nonnunquam appellantur, quod tamen natura non sunt, sed quia de naturali verbo testantur.

DE VERBO DEI.

Christus Iesus est naturale verbum Dei et verum, in quo et per quod errata et instaurata sunt omnia: Scripturæ quæ per remissionem peccatorum et salutem in ullâ aliâ re, quâ in Christo promittit, non tam sanæ, quàm impiæ sunt, verum

rùm quæ in Christo hoc promiſ-
ſum, Verbum Dei recte appella-
tur. Huic Dei Verbo in omnibus
conſtanter aſſentiendum, nec
ratione nec humanis doctrinis
præjudicandum, poſſibile apud
Deum omne verbum.

DE DEO.

DEUS juxta expoſitio-
nem Sacrarum literarum et
Symboli tam Niceni, quàm A-
thanaſii eſt unus et ſolus na-
turâ bonus, verus, omnipotens,
juſtus, ſapiens, creator et cu-
rator omnium viſibilium
atque inviſibilium.
Et Pater, Filius, et Spiritus
Sanctus, Perſona quidem tres,
ſed eſſentia horum una et ſim-
plex.

DE INCARNA-
TIONE.

Fi

Filius tantùm carnem et totam humanam naturam in totum hominem, qui ex corpore et animâ constat, vere ex immaculatâ perpetuaque Virgine Mariâ pro nobis assumpsit, et homo factus est. Homo ille Christus Jesus, ita in unitate hypostasea, sive Persona Filii Dei assumptus est, ut sit una persona inseparabilis et indivisibilis. Præterea quæ de Dei Simplicitate et Personarum Trinitate sacra tradunt litera et fidei symbolum vera sunt.

DE HOMINE.

Deus quî ab æterno ut, que in sempiternum universa viaco et simplici intuitu respicit, hominem simplicem initio creavit, ac rectum, quem tamen postea inobedientia lapsurum

pra

præscivit.

Atque ab æternum constituit filium suum humanæ naturæ assumere, qui lapsum restauraret.

Hac ratione bonitas ejus, ab omni parte manifestata declarata est, homo igitur naturâ bonus inobedientia factus est malus; hujus mali contagium ita vitiavit et perversit totam humanam naturam, ut omnes homines secundum naturam propagati nascantur cum peccato filii iræ.

Generale hoc naturæ vitium veré peccatum est damnans omnes, qui Christi cognitione, hoc est, per baptismum et Spiritum Sanctum, non renascuntur.

Atque ita omnes homines, qui naturaliter ex Adam per successionem generantur, sub peccato conclusi sunt, sceni peccati.

Pe

DE LEGE.

Servitutem hanc peccati natura humana vomicam Dei iram per legem cognosci, mus, proinde lex data est, non ut justificet sed ut mortificet.

Mortificat autem quando per eam peccata agnoscentes et naturæ nostræ ad bonum impotentiam cognoscimus, et de viribus nostris desperare cogimur.

Peccato obnoxii sunt æternæ maledictioni Dei.

Ex peccati captivitate humanæ rationis studiis et operibus nemo liberari potest.

Humana natura nil per se aliud potest, quàm peccare, ex peccati jure solum illeberat, qui sine peccato est.

Pro peccatis satisfactio per eum solum est, qui nescit peccatum.

Spiri-

Christus Jesus solus peccatum non fecit, sed factus est pro nobis peccatum, ut nos justitiæ vivamus.

Justificatio hoc est remissio peccatorum solummodo eis contingit, qui per Evangelii promissionem Christo credunt, ubi peccata remittuntur, ibi vera justificatio est.

DE FIDE.

Per solam fidem in Christū peccata gratuitò à Deo condonantur, hac gratia per Evangelion manifestatur, electis per fidem apprehenditur, ut nihil justificat, nisi fides ita nihil peccat, nisi incredulitas; Fides autem non quia credit, salvificat. Sed eo quod Deus promisit salutem credenti. Et autem fides per Spiritum Sanctum firma per;

persuasio et constans conscientia justitiæ et salutis, quæ nullis prorsus operibus, sed sola misericordis Dei gratia ex auditu verbi Dei paratur.
Hæc est amplissima hujus fidei solicitas, scire se habere, deinde esse æternorum bonorum, ut sine fide placere Deo nemo potest, ita impossibile est, fidem esse sine assiduis multis et magnis operibus.
Fides quæ charitatem non est efficax, non est fides, sed mortua opinio.
Citra fidei fructum seu usum, quæ sola mira hominis mortificationes operatur, nemo salvatur fide, quàm suavis sit Dominus gustatur, hæc pretiosissima inventa margarita operum justitia pro

rederibus habetur.

DE BONIS OPER.

Nullum est congruū humani operis meritum, quo gratia impetrari queat.

Bona opera sunt fructus fidei. mala incredulitatis.

Quantùm faciant fructus ad substantiam arboris, tantùm opera faciunt ad salutem.

Catenus homo fructum operum bonorum producit, quatenus fide in Christum radicatus est.

Non fides aut justitia ex operibus, sed opera ex fide et justitiâ veniunt.

Omne opus, quod non est ex fide, peccatum est.

Opus bonum sit aliquando opinione justitiæ et salutis querendæ per ipsum, hæc opinio

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

nio, universa impietas, infelicitas, et idolotatria est, et peccat in fidem, in promissionem veritatis Dei, et in totam tabulam primam.

Opera bona ea tantum sunt, quæ scriptura sacra probat, et mala quæ improbet.

Facta opera vel bona vel mala adjudicabimur æternæ beatitudini vel maledictioni: quia opera sunt pietatis vel impietatis testimonia.

DE CONSTITUTIONIBUS HUMANIS.

Opera humanarū constitutionum aut vana sunt, aut impia, in posterosimprudentis, simi sunt, qui ea humanarū constitutionum operibus peccati remissionem justitiam et

et salutem vulgo promittunt.

Qui pro constitutionibus humanis tanquam ad salutem necessariis pugnant, nomine Christianæ Ecclesiæ, quæ non humanis placitis, sed divinis oraculis pascitur, et regitur, sunt indigni.

DE ECCLESIÂ.

Ecclesia Christiana est congregatio Sanctorum, Sancti sunt credentes Spiritu Sancti, sanctificationis, qui Christi est, assignati.

Spiritus Sanctificationis ex prædicatione fidei seu Evangelii contingit, fides est ex solo verbo Dei, Ecclesia non præjudicat verbo Christi.

Item Ecclesia non habet potestatem condendi ullum articulum

ticulum fidei, sicut nec ullum condidit, nec condet in perpetuum.

Illi soli fidei articulos faciendi potestatem habet, qui promittendi et dandi facultatem habet, Ecclesia Dei fidem, moreset actiones omnes ad amussim verbi Dei ordinat et disponit.

Quare humanis constitutionibus cum Evangelio Christi pugnantibus obediendum non est.

Mortalium consensus, recepta consuetudo, doctorum authoritas, et animi, ut vocant, devotio opus bonum non efficiunt, sed solius scripturæ testimonium.

Credentes Ecclesia sancta catholica communi nomine, non à cæremoniis appellantur

tur, sed abeo, quo unum scum, idem verbum Evangelii, eundem spiritum, idemque caput, quod Christus est, habeant.

DE CŒREMOÏIS.

Ecclesia Dei habet potestatem ordinandi cœremonias, dummodo hæ cœremoniæ non pugnent cum articulis fidei, aut præceptis eorum, etiam sic, ut conscientiam neque turbent, neque ligent.

Cœremoniæ sunt ritus Ecclesiæ consensu instituti, ut ministerium Verbi, Sacramentorum administratio et reliqua pietatis exercitamenta, ordinate fiant.

Secundum usus rationem in differentes habentur, quemadmodum cœremoniæ, quæ per superstitionem fidei et Verbo

Dei

Dei contraria, non tam inutiles, quàm impia. Illa tamen utiles censeri debent, quæ juxta fidei proportionem conferunt verbo ad Ecclesiæ ædificationem fiunt.

DE ECCLESIÆ MINISTRIS.

Unus est verus Ecclesiæ Magister, videlicet Christus, qui cum per Spiritum in fide verbi sui ad salutem erudit interne. Illa dedit externos Episcopos, Pastores, Diaconos, qui externo verbo Ecclesiam doceant et regant, ut omnia ordinate fiant.

Christiani omnes sunt sacerdotes, quia omnes offerre corpora sua hostiam sanctam debent, non sunt tamen omnes Ministri Ecclesiæ.

Illi

§ 34.

Illi demum Viri Ecclesiæ Ministri A Spirituales sunt, qui per Spiritum Sanctum illustrati, Evangelion docendo, Sacramenta administrando et pauperibus inserviendo præsunt. Per Evangelium tria exhibentur Ecclesiæ doctrina fidei operum et signa promissionum.

DE SACRAMENTIS.

Signa neque justicia sunt neque justitiæ fructus, sed res quibus admonemur promissionis, et divinæ gratiæ certi reddimur. Duo sunt signa novi testamenti, hoc est promissæ gratiæ baptismus, et participatio mensæ Domini.

DE BAPTISMO.

Baptismus est certum signum, quo significatur, quod per mortem transeamus ad

advitam. Quemadmodum
populus Israël pro certo divi-
na gratiæ testimonio habebat
transitum per Sinum Arabicum,
ita nobis indubitatum divini
favoris pignus est baptizari
aquâ in Nomine Patris &
Filii & Spiritûs Sancti, quo
baptizamur in Nomine Patris
et Filii & Spiritûs Sancti, si-
gnificat nobis remitti peccata
abipso Patre, et Filio et Spiri-
tu Sancto.
Hæc promissio si ad salutem
apprehendi debet, quod sit per
fidem opere pretium est,
auditoribus apertis verbis
pronuncietur.

DE EUCHARI-
STIÆ
Participio mensæ Do-

mini Signum est, admonendo, nata gratiæ per Christum.
Jeruset Solus Hujus Sacramenti usus est certificare fidem cordis per eum. Sicut Gedeon, aici pient vellus, certificatus est de prospero successu; ita nos manducantes corpus, et bibentes sanguinem Domini, de donatâ per Evangelion gratiâ certificamur, juxta Scripturæ testimonium & Christi institutum, omnes tenemur sub utrâque specie &: ut vocant, communicare.

DE MISSÂ.

Missa &: ut vocant: non est Sacrificium, sed veri Sacrificii Signum, sicut Gedeon in eo, quod Vellus accipiebat, nihil offerebat; ita nos nihil offerimus mensæ Domini par-

tici-

ticipantes.

Nullum est sacrificium apud Christianos amplius pro peccato, Christus enim unicâ oblatione perfectos effecit in perpetuum eos, qui sanctificantur.

Christus quemadmodum amplius non moritur, ita nec offertur.

Missæ quæ pro aliis, idque propter pecuniam fiunt, planè impiæ et blasphemiæ sunt, tantùm abest, ut prosint, sicut pro se quisque participat mensæ Dominicæ, missæ autem cœnæ Dominicæ (quam missam potant) nullus usus est, nisi admoneri mortis Christi et certificare corde promissâ gratiâ et voluntate Dei.

Per verbum significanter prolatum, usus et fructus

hujus Sacramenti innotescit, aperto et intelligibili sermone hoc verbum proferendum est.

Missæ et jejunia pro defunctis, ut ex purgatorio liberentur, technæ sunt, quibus alienis pecuniis insidiæ struuntur, animarum defunctorum apparitiones, vel somnia sunt vel diabolicæ illusiones, veritatem à mortuis quærere nefas et abominatio coram Deo est.

DE PURGATORIO.

Præter eâ Purgatorium

quod expiare peccatorum reliquias defunctorum putatur, merum et impium commentum est, purgatorii hujus opinio pugnat cum totâ Sacrâ Scripturâ: nam si purgato-

gatorium) cum suâ suppel-
lectile) expiurgare peccatorum
sordes potest, vana et mendace
sunt promissiones Dei: Deus
enim tantum modo per Christu
remissionem peccatorum
promittit, et dat credentibus,
credentes illi vere sunt pro-
missionis hujus capaces,
qui poenitentiâ peccatorum
ducti quotidie crucifigunt
carnem cum concupiscentiis
suis. Atque hæc vetustatis
nostræ vera purgatio est.

DE POENITENTIÂ.

Est autem poeniten-
tia vetustatis nostræ mortifi-
catio et renovatio Spiritus.
Mortificatio fit per legem, quan-
do ostenditur peccatum; vivifi-
catio vero per Evangelion, quan-
do

do confertum peccatorum re-
missio: lex enim ostendens
peccatum terret et occidit, E-
vangelion annuncians propter
Christum condonata peccata
consolatur, erigit et vivificat.
Poenitentia efficit, ut confi-
teamur peccata, et absolutio-
nem anhelemus.
Sine poenitentia vana est
confessio.

DE CONFESSIONE.

Poenitentia non sunt
quinque Pater noster: Jejuni-
um aut corporalis exerci-
tatio, sed serium peccati odi-
um per Spiritum Sanctum.
illi verò confitentur, qui a-
gnoscunt peccata et de se
desperantes, cum odio pecca-
ti in Christum se rejici-
unt,

unt; hi verò in Christum rejiciunt, qui conformes imagini ejus eligi eligere, sedulò studeant.

DE OPERIBUS CHARITATIS.

CHRISTUS omnia studia, utilitati ac saluti fratrum suorum manipavit, ita qui Christiani esse volunt, eodem affectu in operibus charitatis se exercere debent.

Christiani in operibus non meritum aliquod, sed Dei voluntatem et proximi utilitatem spectant, ut membra in corpore, non sibi ipsis serviunt, und, ita etiam Christiani.

Dilectio proximi perfectio legis est, et malum non operatur: et ideo Christiani per,

perpetuo se ad pietatem exercend,
orando, jejunando, vigilando &
ut castigent corpus, et servituti
dilectioni subjiciand.

DE ORATIONE.

Oratio est ardens Spi-

ritus in nobis pro necessitate,
aut re quapiam cum fide im-
petrando per Christum ad De-
um Patrem suspirium, hoc
modo pii perpetua quadam
endelechia ad Deum tendunt,
unde Spiritus dicit, oportet
semper orare.

Vera oratio non opus habet ver-
bis aut voce, nisi communi
Ecclesiæ a Spiritu scripti confir-
manda.

Orationes tamen vocales, ex cor-
de præcedentes non rejicimus,
murmura verò verborum, et
strepitus labiorum, cantiones

et

et reliqua murmurata precesi, quæ sine attentione animi et fide fiunt, abominabilia sunt: pio rum et credentium preces omnium sunt communes, propter pe cuniam autem precium nemo Christianorum orationem soli sibi, et quibus ille vult, u surpare potest, qui propter lu crum quavis intentione ora tionem sua m venditando, ora tio illorum vertitur in peccatum.

DE MEDIATORE

Sicut unus est DEUS, ita per unum mediatorem Deum et hominem Christum Jesum, oratio Christianorum, sicut vetera omnia Deo ac'ce pta est.

Solius Christi est, per quod Pater cœlestis operatur.

De

§ 44.

DE INVOCAC.

Qui sanctos mortuos, veluti tutelares Deos invocat, fidem abnegavit: fides enim fixa in promissione Dei pro, missam opem, quam ardenter petit, patienter expectat, cer, to impetrat. In nomine autem Sanctorum nulla promissio facta est ad salutem, sed tantum in nomine Jesu Christi.

Sancti de mortui nullo reli, gionis cultu sunt honorandi, sed imitatione fidei et bono, rum operum.

Cùm Deum ex toto corde, ex totâ animâ, totisque viribus, divi omne sament, nullum illis gratius obsequimur, quam ut pariter, cum iis Deum ardentissimè diligamus.

omne

Omnes Sancti abinitio mun-
di usque ad consumationem
per solum Christum tutum
accessum habent, ad thronu
gratiæ Dei, qui aliunde et
non per hoc ostium ad Deum
tendit hic fur est et latro.

DE STATUIS.

Quæ statuæ alicujus
divi nomen imponit, et in ne-
cessitate invocat, sub prætextu
religionis impius idolatra
est; Imagines, quæ ad cul-
tum prostitutæ sunt, non
sunt tolerandæ Christia-
nis; quia cum verbo Dei ex
diametro pugnant, quæ
autem non prostant ad cul-
tum, tantùm abest, ut
damnemus, ut et pictori-
am et Statuariam Dei
dona

donas agnoscamus.

DE PEREGRINATIONIBUS.

Visitationes & portationes Statuarum religionis ergò impia superstitiosa sunt. Quo peregrinationes vovet, ipso voto peccat, qui contra fidem vovet.

DE VOTIS.

Sicut mulier etiam in licitis sine mariti consensu non habet potestatem vovendi; ita Christiani citra voluntatem Christi Sponsi sui nihil vovere debent, sicut vere peccat, qui contra Scripturam vivet, ita qui hoc vovet, quod non est in potestate suâ, sibi ipsi interitum

inde ritus laqueum injicit, vo;
tum illicitum licitum postha;
beri potest.

DE EXORCISIS.

Exorcismi Creaturarū

Statuarum, quæ cereorum,
herbarum, campanarum, et
reliquarum id genus, sunt
inutiles.

Omnis creatura Dei bona
est, sanctificata per verbum,
nostris exorcismis melior
fieri non potest, nobis autem
aut bona aut mala, prout
recte aut secus utimur om;
nia mundi mundis.
Infidelitas et abusus in rebus
omnibus mala sunt.

DE SUPERIORI POTESTATE.

ut

548.

Ut corrigantur et tol-
lantur abusus in rebus omni-
bus, duplici regimine opus spi-
rituali et corporali.

DE MAGISTRA-
TU ECCLESIAST.

Spirituale regimen
est, in quo conscientia verbum
Dei docentur et reguntur, hoc
regimen administratur per mi-
nistros Verbi, probatur à Chri-
sto, Matth. 16. et 1 Cor.
4.

Hujus administratores verbi
Dei quid præcipiente audi-
endi sunt sicut Christus;
si verò quid contra statuentiam, attendendum à falsis
prophetis et Deo magis obe-
diendum, quàm hominibus.

Corporale regimen est civile ad-

administratio, qua corpus cō-
erectur, res dividuntur, victus pro-
hibetur.

DE MAGISTRA-
TU SÆCULARI.

Hoc regimen per Ma-
gistratum, quem vocant Secu-
larem administratur.

Magistratus Secularis est,
cui ejus gladii à Deo commissu
est ad vindictam malorum,
laudem verò bonorum, hunc
probat Christus: Joan: 19:
et ad Roman: 13: Magistra-
tui honor et obedientia debe-
tur, non tantum propter iram,
sed etiam propter conscientia.
Si juncta voluntatem Dei
imperet, huic non est obtem-
perandum ullo modo, quicquid

contra

contra verbum Dei et probatas leges committitur à Magistratu, qui vindictæ Dei minister est, citra personæ respectum plecti debet.

Quodcunque malum Magistratus liberè aut impunè permittit, illius reus est.

Magistratus qui Christianus et esse et videri vult, etiam in feudo Prophetas animadvertere debet.

Magistratus non tantùm ut privatus quidpiam seductores vitare cogitur, sed ne quidem sustinere in Republ. sine salutis periculo potest.

Quemadmodum propter peccata populi Dominus regnare facit hypocritam ad pœnam peccati et populi dissipationem, ita publicæ salutis scaturigo est, si impius simu-

lavet

peret Magistratus; ante o-
mnia igitur fieri proces opera
præcium est pro his, qui in
potestate sunt, ut in Dei ti-
more præsint, ut solus el
pax constet in perpetuum
omnibus. Amen.

En vobis Viri Fratres doctri-
na mea exitamen, qua, ut
proposita est, firmiter cre-
do, doceo, atque defendo, se-
cus facere ex officio, dum spi-
rare licebit non possum nec
debeo: non enim ex officina
ingenii mei, aut triviis hu-
manarum constitutionum,
sed archivis divinorum ora-
culorum, unde tantummodo
salutaris scientiæ doctrina
hauritur, deprompta est; atq;
vero per temporis angustiam,
occupationum molestiam,

in-

ingenii et gratiæ exilitatem
ruditer et contrariè rem agimus,
potuissemus utique profusiùs
et locupletiùs omnia exponere,
sed quia id nunc occasione non
permittitur, his contenti sumus.
Olim si necesse erit, singula
latiùs prosecuturi sumus.
Putamus autem talia esse,
quæ hic posuimus, et docui-
mus, tacti nos et vellicare
quidem: quid enim hodie tu-
tum à nomis esse potest?
facilè quis posset, convellere
verò nemo, quod si quis ex-
perire volet, cognoscet et sen-
tiet, utique quod sit longè
omnium fortissima veritas,
proinde sacris literis in qui-
bus veritas cognoscitur, et
Ecclesiæ secundum ipsa et
ex spiritu judicanti, omnia
nostra

nostra submittere, nobis tam jucundum et gratum, quàm æquum et justum est.

Vincat veritas
Anno 1632.

Nos Rothmanni articulos ideo his nostris scriptis inserendos esse judicavi, ut pius lector intelligat, in quibus primum a doctrinâ Catholicæ Ecclesiæ dissentiant, deinde quam longo intervallo abiisse dicere possent, quo postea in anabaptisticum errorem prolapsus docuit et defendit, unde ipsius inconstantia, et mentis mutabilitas facilè deprehenditur.

Primum quidem adversus sanabaptistas satis acriter pugnavit, ut ipse testatur in epistolâ d. 26. Jan. 1532. ad Bullingium scriptâ, ubi inter cætera sic scribit.

scribit: Jam enim cum Ana-
baptistis mihi negotium fuit,
qui jam nos ad tempus reliquer-
unt. Sed profecto redituros
se majori vi comminati sunt.
Porro si Deus pro nobis, qui
contra nos, plebs haec Rothman-
ni positione certatim am-
plectitur, et Senatui supplic-
cat, ut sibi tuto his adhaerere
liceat, quae supplicatio autho-
re Rothmanno typis excusa
publicatur, et adriciana circ-
umquaque civitatula strand-
mittitur, ut quamplurimi ad
similem religionem et fidei
professionem amplexandam
exemplo suae metropolis in-
vitentur, eademque in odium,
imo eversionem totius Cleri,
quàm latissimè propagetur.
Hos autem articulos

concionatores urbis Catholici ni-
hil respondent, vel quia in con-
silii generalibus omnia recte
decisa esse censerent, neque
furentem jam plebem ab an-
tiquorum consiliorum autho-
ritate et decretis publicis de-
cessionem molientem sua re-
spon sione privata revocari
posse existimarent, vel quia
plebem Rotmanno nova do-
centi favent, adversus de
contentiosa disputatione
et altercatione mutua irri-
tare, sibi non expedire pu-
tarent, maxime cum in eadem
urbe, iisdem moenibus con-
clusi sint, et pene plebem
judicandi arbitrium esse
videant, tacendum proinde
sibi tutius esse judicant, quam
seditiosa hoc rerum statu
in

in sui suorumque bonorum ae-
dem et rapinam provocare, cre-
cunt inde factiosorum animi,
crescit Rothmanno sui fiducia,
crescit Cleri contemptus, ai in
tanto coepit ese odio, ut vix ob se-
ditiosorum proterviam, et convi-
tia in publicum prodire auderet,
quae omnia intempestiva magi-
stratus clementia, ne dicam
somnolentia, socordia et ne-
gligentia contigerunt, qui in
seditionis authores, in principio
dum adhuc repebant, non
animadvertit, sed impunitos
dum eorum insania ardentius
flagraret, reliquit. Ea enim
est seditiosorum ac rebellium
natura, ut in principio repres-
seguiud agant, si vero initium
bene successerit, non quiescant,
nec finem nec modum ullum
tumultuandi faciant, nisi à

sum-

summo culmine adimanita pro-
cipitentur, ut nulla emergendi
spes relinquatur, sed fieri non
potest, quin hoc casu Magi-
stratum quoque diuturna pa-
tientia victum secum in
exitium trahant. Factosi igi-
tur in hac urbe non repressi
nec retusi, a scelere in scelus
a furore in furorem, a rebellione
in rebellionem per incremen-
ta, et quasi per gradus quos-
dam ad summum rebellionis
cacumen scandunt: nam non
satis fuerat, suae religioni ad-
versantes conviciis demigrasse
nisi se suosque honoribus il-
lustrassent, et dignitatibus
efferrent: nam cum Roth-
manno neque extra urbem
Episcopo, neque in urbem re-
cipiendi Clero ullum Templum
ad concionandum pateret,

vi

vi illud aperire contendunt.
Proinde 23. Februarii qui-
dam Hermannus Sijpinck
qui et Principem et Senatum
graviter offenderat, cum sal-
sas literas scripsisse et adulte-
rinâ monetâ soluisse sese
lisse diceretur, Hermannus
Filbeck, Caspar Schroder,
Henr. Arnoldus Zelthold pu-
dex publicus, ac thori sui-
ùt fama ferebat, Violator, Ber-
nardus Strijpverdöllinck pa-
ricida, et Joannes Ummie-
grove rabula forensis
causamque patronus verbu-
tissimus, qui omnes non
solùm facultatum suarum,
verùm etiam nominis et
vitæ dispendium Rotmanni
causa facere, si respondula-
ret, parati esse videbantur,
ma-

magnâ seditiosorum caterva stipati aquorundam: ut dicebatur: / procerum civitatis præsidio firmati, contra edictum Principis et Senatûs Cleri tam primarii, quàm secundarii renitente, et tandem omnibus per totam urbem bonis viris et honestis matronis ~~et~~ tredamantibus Bernhardum Rotmannum ad coemiterium S. Lamberti deducunt, et cùm templum minimè pateret, à vi sibi primùm temperante è suggestu ligneo ante cancorum repositorium stante concionantem audiunt. Hac concione cùm de profundâ Evangelicâ libertate et idololatria tollenda ageret, ita omnes sunt accensi et inflammati, ut statim

statim in omnia urbis Saroiki
alia templa irruerent, repositoria Eucharistiæ demolirentur,
altariumque pegla dirigerent,
imagines confringerent, omne
antiquum templorum ornatum
tum et altum tollerent, omnia
sacra prophanarent, nihil re-
ligiosum putantes, quod à
Rotmanni dogmate dissenti-
ret, atque ita libidini factioso-
rum omnia templa urbis pate-
ter Summum statuerunt.
Amoto itaque Pastore Lam-
bertino Rotmannus substitu-
itur. Ex hac impunitate
seditiosorum turba adeo
aucta est et confirmata, ut
nec Principis authoritatem,
nec Patri gravitatem, nec
Senatus monita atque Edicta
magnopere curarent.

Jam

jam omnia in urbe non solùm
ad manifestam seditionem
sed ad vim ad promiscuam eædem,
ad direptionem bonorum tam
publicorum, quàm privatorum,
et tandem ad totius Reipubl:
eversionem spectabant. Quam
urbis faciem cùm Frederi-
cus de Vizeda Episcopus
sine animadversione justâ
animadverti set, salius sibi
esse putavit, Episcopatum
deserere, quàm periculosis
hisce motibus componendis,
seditionisque authoribus
reprimendis involvere; proinde
in Vivecensi Non: opsidulo
Iverna in Sacrario Paro-
chialis Ecclesiæ die 24: Mar-
tii ipso die Palmarum
Episcopatum, cui cum ul-
tra 9: annos benè præfu-
isset

isset, a manu Capitulari,
marii reservatis sibi ex eo
in singulos annos duobus flo,
renorum millibus, resigna,
vit; praevidit enim Princeps
prudentissimus futuram et
urbis et Vicecessis ruinam,
quam ut evitaret, Coloniam
quieti se totum dedidit, si,
bique vixit ad annum 1549,
quo vivere desiit.

Hinc viri et genere et autho,
ritate graves de more desi,
gnatur, et publico consensu
praficiuntur, quibus, quasi
in interregno, administratio,
nis munus committitur,
hos latinus Vicarios, vulgus
autem Stadtholders
vocat quasi Vicaria Epis,
copi absentis administra,
tione

tione fungentes, quorum ad-
ministratio, non solum ad
novi Principis selectionem
verum etiam ad Christi Con-
tificiam confirmationem,
atque inauguration[em] peo-
rogatur. Quo tandem tem-
pore totum Diœcesis jus atq;
dominium cum plenâ admi-
nistratione transfertur in
Principem; hi Diœcesis Pa-
cii intestina urbis dissidia
religionis causâ excita a-
nimadvertentes, literas pro
suâ authoritate ad oppidanos
protestica[s] destinarunt, qui-
bus edicta imperialia Anno
1530. in Comitiis Augusta-
nis edita ipsis in memori-
am revocant, qua omnem
in Religionis negotio novatio-
nem

nem vetent, nequicquam anti-
quarum cæremoniarum temere
mutandum, sed œcumenici con-
silii decisionem esse expectan-
dam præcipiunt, hortantur
igitur Oppidanos ut propriæ
salutis, et civilis concordiæ
memores Senatui pareant,
et ab omni novatione, maximè
in religione temperent, quæ
exemplo multarum urbium
semper periculosa fuerit, quæ
Reipubl. passim conturba-
verit, et magnos motus in ci-
vitatibus, non solùm remotis
ad Eurum et Austrum sitis,
verùm etiam vicinis, seu
Westphalicis non sine hor-
rendâ rerum commutatione
et miserandâ clade peperierit
sibi proinde uxoribus, liberis
consulant, nec se à religuis

Pice,

Ivrecis ordinibus temere et
contumaciter distrahi sinant,
se sui Magistratui se patien-
ter submittant, et ab omni re-
bellionis suspicione, qua apud
plerosque suspecti sint et
male audiant, se vindicent, sic
fore ut non modo gratiam et
salutem sed et perpetuam in
sua Republ: tranquillitatem
a Deo consequantur. Hæc scri-
pta placuerunt quidem, sed et
placare et ab intercepto furoris
cursu plebem revocare non
potuerunt.

Cum autem Fredericus de
Leyda Episcopatu se abdi-
casset, et à Clero primario
pene quem semper est libe-
ra electionis jus consenti-
entibus suffragiis Bricius
de

366.

de Grubenhagen Epis-
copus Osnabruggensis et
Paderbornensis die 27. Martii
postulatur et Ecclesiæ Mon.
præficitur, quæ electio dici
non potest, quàm seditiosa
displicuit. cum enim illu-
stri et generoso Brunsvi-
censium Ducum genere sit
exortus et multos germaniæ
potentes Principes sibi
sanguine conjunctos habeat,
catholicoque religioni impri-
mis sit addictus, hujus vi-
res et potentiam maximè
metuentes, non solum omni-
a sua studia et conatus ver-
turos, verùm etiam seditionis
excitatæ pœnas se daturos
sibi certò persuadent; hoc
igitur agunt, ut universam
urbis

urbis plebem in idem secum
facinus præcipitent, eidemq3
sceleri implicent, atque ita
multitudine delinquentium
scelus suum maneat inultum.
Instigant ergitur Plebs Rot,
manni fidei suæ articulos q.
quos supra posuimus: ad
Ortium jam electum Præfe,
lem mittit, eosdemque peri,
culo etiam capitis, coramq;
urbis rectè sentientibus se
defensurum pollicetur, quibus
Principem sibi suisque
clementiorem affecturum ar,
bitratur, suggerente vero Rot,
manno illinc sque Satellitibus
tota vulgi, opificumque mul,
titudo pro concordi in urbe
religione habenda a tribunis
præfectisque mechanicorum
supplici,

supplicat, ita tamen ut Rotman,
ni dogma approbare, et amplecti
religiorum verò ecclesiasticarum
rejicere, et aversari videantur.
Fuerunt autem supplices literæ
16. Aprilis editæ et exhibitæ,
quarum exemplum subsequitur

In civili societate, ac rerum
bus nihil melius, nihilque
præstantius, quàm publica
concordia, et solida pax, quæ
conservari nullo modo possunt,
nisi cives uni religioni, com-
muni juri et obedientiæ le-
gibus se libenter subjiciant,
cùm verò in religionis negotio,
et causa fidei, quæ salutis
nostræ caput esse debet, gra-
vissima dissidia, et pessimæ
altercationes in hac urbe
excitatæ, non sine gemitu
et summo dolore animæ-

per-

vertimus, quæ nisi Deus de-
menter avertat, communem jus
violabunt, obedientiæ leges
solvent, et totam hanc Rempl.
in extremam pernitiem præ-
cipitabunt, proinde ut istam
cladem à nobis, nostris que
uxoribus et liberis amoveamus,
et ne pertinaces, rebelles que
ut quidam nobis subjiciund.
jure habeamur, utile et neces-
rium nobis est visum, ad
postanquam proximum
Magistratum nostrum, sup-
plices confugere precantes,
ne nobis justum præsidium
et patrocinium apud Sena-
tum nostrum denegetis, vos
procul dubio non latet, quòd
in hac urbe non exigua sit
controversia et con-
cionandi occasione in

Salu-

salutis nostræ negotio exorta
qui enim unanimi doctrina,
ad unam fidem, Dei timorem
mutuam concordiam nos in-
vitarent, illi inter se dissenti-
unt, et diglatiantur: nam
cùm ab alterâ parte Bernhar-
dus Rotmannus Evangelicam
veritatem multiplicibus
abusibus et pernitiosis er-
roribus hactenus oppressam,
per Verbum Dei à situ et squa-
lore in lucem revocavit: quo
tam vivâ voce in concionibus,
quàm Scriptis, etiam cum
vitæ periculo, probaturum
aperit: et nemo ex parte al-
terâ, illi se palam opponere,
manifestisque Scripturarum
collationibus, cum illo con-
gredi, et in aream descendere
audeat

audeat, doctrinam illius Evangelio et veritati conformem esse non dubitamus. Animadvertimus tamen quosdam huic doctrinæ clanculum mussitando, et manifeste concionando adversari, quare ut concordia semotâ omni altercatione, in hac Republ: vigeat, magnâ cum fiduciâ petimus, ut vos admonemus, cum Rotmanni doctrinam suam cum omnium Doctorum judiciis, imo toti mundo examinandam offerat, à Senatu per vos hoc impetretur, ut hujus urbis Ecclesiasticæ auctoritate Magistratus edicti, aut per manifestam scripturam Rotmannum erroris ss: si possunt: convincant, convictum non solum sileat, sed etiam supplicium,

quod

quod sibi victo sponte impossibile
perat, aut se Rotmanni doctri-
næ conformant, ac verbum Dei
pure docceant, aut ipsi tace-
ant, ne se veritati cum mul-
tarum animarum jactura
amplius opponant, ne novus
iterum motus in hac Republ.
excitetur: nam quamdiu
concionatores sibi mutuo
docendo aversantur, ac po-
pulum in partes distrahant
neque pax, neque concordia
civilis unquam apud nos est
expectanda; proinde cum
circa idem utrimque dis-
crepent, atque ideo alteram
partem à veritate turpiter
aberrare sit necesse, hac so-
lum expetimus, hoc opta-
mus, ut à falsâ doctrinâ
liberemur. Nihil enim no-

nocentius animabus nostris
accidere potest, quam falsæ
doctrinæ persuasio, quam
impunitas Christus, unum-
quemque deinde Imperatoria
Majestatis edicta, ac hujus
Diœcesis Vicariorum scripta
nos cavere jubent; ut igitur
pax et tranquillitas inter nos
iterum plantetur, vigeat et
conservetur, necessarium
et æquum esse putamus, ut et
reliqui Concionatores, non
aliter quam Rotmannus suæ
fidei et doctrinæ confessionem
et si quid solide adversus ipsum
habuerint, edant et in pu-
blicum emittant, ut contro-
versiarum tandem sit finis.
Justissimæ profectò sunt
causæ et rationes, cur Rot-
manni dogma purum, et

ab

ab omni humana traditionis
fert alienum esse, sed cum Evan-
gelio potius consentire judi-
cemus, cum suam confessio-
nem, coram incorruptis ju-
dicibus, semotâ omni vi se
probaturum, et si se verbo Do-
mini vinci contingat, liben-
ter veritati ac poenae sibi in-
fligendae locum daturum
sponte receperit, cum vero
nil ex sacris literis, quod
adversus Rotmannum quoque
modo facere videatur, propo-
nant, illorum doctrinam
quantumlibet veterem et
ex aeternâ sacie sanctam
sucatam tamen et falsam
esse consemus, veritati pro-
inde ac puro verbo Dei ad-
haerendam esse putamus,
donec meliora nos quispiam
doceat

doceat, et si ad hoc viri docti a-
liunde sunt vocandi, nostris
sumptibus et impensis id opta-
mus: nihil enim aliud in no-
stra Republ.: cum simus Chri-
stiani: / cupimus, quam quod
sit [illegible] pium, honestum,
salutiferum, et concordiam
nobis mutuam restituat, alat,
hoc autem ut consequamur
Deus nobis suam gratiam
largiatur. Amen. Itaque
causam nostram, imo omni-
um nostram communem
apud Senatum non segniter
postulatores constituimus.
Haec ad Senatum a tribu-
nis plebis, praefectisque Me-
chanicorum referuntur, et
dum ibi de responso dando
consulitur, Erici Principis
scripta 17. Aprilis edita ad

ad Senatum et omnes urbis ordines adferuntur in hæc verba:

Cùm divinâ providentiâ concordibus suffragiis pro Sul Vivecesis Nonii designati essemus, famâ et auditione minimè vana accipimus, quendam Bernhardum Lotmannum Sacerdotem apud S. Mauritium extra civitatem Non. publico concionatoris officio functum phalerato sermone ea dovisset quæ et religionem avitam in contentionem adducere, et populum in errorem pertrahere, visa sunt; ideoqs Fredericum antecessorem nostrum justissimis de causis eidem concionandi munere interdixisse, et cùm edicto minus paruisset, securitatem ibidem commorandi ipsi re-

nun-

nuncia∫∫e et ademi∫∫e, hinc in
contextum prædicti Principis e-
undem intra mœnia urbis con-
ce∫∫i∫∫e, et præsidio quorundam
suæ factionis, in injuriam Im-
peratorum edicti Augu∫ta Im-
delicorum promulgati, et ne-
glectum legitimi sui Magi-
stratus, se in parochiale tem-
plum S. Lamberto consecra-
tum ingessi∫∫e, insueta docu-
ise, nova ceremonia∫ et can-
tiones veteribus abrogatis
invexi∫∫e. Hi magnam civi-
tatis partem ita concita∫∫e et
conturba∫∫e, ut ruptis seu di-
missis omnibus humanitatis,
pietatis, obedientia et concordiæ
legibus plerique impiam no-
vationem adversus Christia-
nam concordiam, ab exordio

Chri-

Christiani nominis hucusque
feliciter propagatam, et adversus
receptas Secreta Imperii se-
ctentur; unde horrenda primum
seditio, inde tandem omnis
boni eversio metuenda sit.
dici profectò non potest, quanto
animi moerore ista accepe-
mus; quantum autem ad nos
attinet, nihil optabilius
nobis accidere potest, quàm
ut mutua concordia, Christi-
ana charitas et pax vera
Deo auspice vobis reddantur.
Ita que ex animo à vobis ista
gitamus, familiariterque vos
admonemus, ut avitam reli-
gionem, antiquas cæremonias
à majoribus nostris quasi
per manus traditas, et hucusque

usque cum verâ pietate pro-
ductas retineatis, concionato-
rem profligetis seditiosum,
plebem tumultuantem repri-
matis, et ab omni novationis
noxiâ, donec certus in religio-
nis causa ordo componatur,
coerceatis. Gravissimè enim
ureret animum nostrum vobis
planè addictum, si Cæsaris
indignationem vestrâ rebelli-
one in vos provocaretis, atque
in malam gratiam, et im-
perii poenam incideretis.
Illud quoque sedulò expen-
dendum vobis proponimus,
si hic noster tam pius conatus,
et plus quàm paternus ani-
mus tanquam familiaris
admonitio apud vos[s]. quod
minimè speramus[s]. locum
non

non sit habitura, scitote hoc me executurum necessario, quod mea functio Imperii decretum exigit, ut Christiana charitas et Reipublicæ tranquillitas inter vos conservetur, quæ omnia vobis penitus excogitanda relinquimus; quid autem horum factum sitis, responsum à vobis certum expectamus.

Ad hæc Senatus 18. Aprilis rescribit: se Scripta Principis omnibus urbis ordinibus missa, ad J. Lothmannum concionatorem, aliosque potissimum pertinentia ea, quæ deceat, veneratione accepisse, legisse, atque intellexisse, se itaque suo tempore, bonis civibus suis actis quorum interfit, propositurum, hinc de

de more omnium ordinum communi consilio propediem per suum nuncium responsurum.

Cùm autem hæc Erici literæ Tribunis plebis mechanicorumque magistris seu præfectis, et quibusdam de plebe capitibus, ac tandem toti plebeo ordini prælecta fuissent, Rotmanno p. adquem ea respotissimum pertinebat, eorum copiam fecissent, illi consultatione longâ aliquot dies consumunt; hic verò magna confidentiâ et animi calore excitatus, Senatum plebemque ordinem respondendo præivit, Scripsit igitur ad Ericum Principem 19. Aprilis in hunc modum.

Gratiam à Deo Patre per Jesum Chri-

stum Filium ejus uni
cum et promptum inno
centiæ meæ obsequium pro
mitto.

Reverendiss: ac Illu
striss: Princeps!

Quanquam ex literis tuis
ad Senatum, omnesque ordi
nes civitatis Non: missis,
à me potissimùm pertinen
tibus facilè intelligere potu
erim, quàm indignis modis
apud Te seditionis ac re
bellionis, imò impietatis, ab
obtrectoribus meis falsò de
latus sum; eam tamen fi
duciam et spem firmam
concepi, Te proximè post
Deum pro eximiâ generis
tui nobilitate, atque sin
gularis æquitatis amore

con

contra falsas malevolorum ca-
lumnias meam purgationem
non solùm potenter admisi-
rum, verùm etiam ubi de
innocentiâ meâ Sibi consti-
terit, me adversus omnes ca-
lumnias, atque Sycophantaru
injurias ut Christianum de-
cet Principem defensurum,
quod verò Iu in Regulem Dei-
cesis hujus divinitùs sis de-
signatus, meritò Tibi et mihi
gratulor, gratiasque Deo
ago, qui non tam Principes
Reipubl: præfecit, quam corda
eorum gubernad, nec ille, sat
scio foret, ut in gratiam
obtrectatorum, qui non mi-
nus sorte sunt omnipoten-
tis, quàm mei hostes, cor

Iuum

584.

Suum facta purgatione, in eadem suspicione perseveret. non enim meam, sed Dei, verbi illius causam ago, unde summam invidiam, gravissimas contumelias et atrocissimas calumnias mihi cumulo. quod autem scribis se auditione minime vana accepisse, me apud S. Mauritium phalerato sermonem et orationis quodam fuco ea docuisse, qua et religionem avitam in contentionem adducere, et populum in errorem pertrahere visa sunt. Itaque Fridericum Antecessorem Suum justissimis de causis mihi concionandi munus interdixisse, et cum edicto minus paruissem, se curi-

aritatem commorandi mihi ade,
misse. & Illustrissime Prin,
ceps supplex et propter Deum
rogo, ut ad hæc antilogiam
meam clementer admittas, ut
facilè patescet, quàm miseris
modis mecum agatur, et præ,
ter meritum nominis mei
qualiscunque existimatio la,
ceretur, verùm quidem est,
quòd dispositione divinâ /:
ut spero:/ vocatus, et humanâ
solitâque ordinatione apud S.
Mauritium in Ecclesia ten
sive Sacellanum electus, atque
designatus, nec non eccle sia,
stico beneficio, quod concionandi
muneri adnexum fuit, dona,
tus sim, quod quidem munus
commissum Dei præsidio, eâ
fide administravi, ut coram

Deo

Deo, universoque mundo ejus rationem reddere semper paratus fuerim, neque adhuc judicia bonorum hominum subterfugio. Et si malè in eo versatus fui, poenam transgressione dignam non deprecatus sum, super hac omnia tamen apud jam dictum Principem accusatus eadem nomini mei perpessus sum, et quamvis neque crimen neque delatorem unquam potuerim, ut justa criminis purgatio mihi patuisset, ad quam me semper obtuli, tamen ille bonus Princeps persuasione obtrectatorum eo inductus est, ut mihi non accusato nedum crimine aliquo damnato, concionandi

munere

munere interdixerit, non autem illius mandatum contumaciter, ut tibi persuaserint: i respui, neque prorsus excusi; sed quam, si me insontem scirem, et calumniatoris illius, qui talia de me finxit conspectum intueri cuperem, principis tamen mandato, tam diu parui, donec quantum fieri licuit, me purgarem, ac contra vanilo-quium istum sycophantam, omne juris nec non aequitatis praesidium invocarem. Inde vero cùm neque juris neque aequitatis ratio ulla haberetur neque accusator neque crimen in lucem proderet, innocentiâ meâ fretus, et mandato divino obtemperans, quod prima apud me parte

tibi

sibi vendicare debet, si verò
Concionatoris officio fungi
velim: / coeptam muneris mei
vocationem continuando pro-
secutus sum. Proinde le-
verendiss: Princeps non potest
judicari contumax vel rebellis,
sicut mihi contingit: / qui non
solùm juri paret, verùm etiam
illud in præsidium sui, ùt
ego semper feci, et nunc facio
invocat; qua igitur ratione,
nempe falsis invidorum
delationibus, Princeps
adductus securitatem pu-
blicam per denunciationē
mihi misero ademit, Do-
mino Deo committo, atque
tibi exactius pensandum
relinquo, nisi omnia hic,
quæ præter meritum mihi
con-

contigerunt, adunum enumorem,
proliicitate meâ tadium ac
fastidium audiendi Sibi inse-
ram. Saterea Illustriss: Prin-
cips, quod per falsas calumnias
apud Se delatus sum, me in
contemptum et ludibrium
praditti Principis intra moe-
nia urbis Monast: concepisse,
â vero prorsus alienum est;
nam minister ejusdem Prin-
cipis me in urbem ad se vocavit,
ibique securitatem publicam
defensionis jus, tutumque
commeatum nomine Princi-
pis mihi ademit; necessitas
igitur me adegit, ut in tuto,
tam innocentiæ meæ (cæsareæ
libertati, ac urbis defensione,
in quâ sui, me subjicerem.
Ad hæc scribis me praesidio

quo,

quorundam factionis fœtum, ci-
tra legitimi Magistratûs per-
missum in Templum D: Lamberti
ingressisse, ibidemque insueta do-
cuisse, noras cæremonias et
cantiones veteribus abrogatis
invexisse. Utinam Ornatiss:
Princeps mea Tibi innocentia
perspecta esset, sine dubio dela-
tores istos, falsæ accusationis
et virulentæ linguæ puderet:
cùm enim tempore Frederici
ad concionandum requisitus
atque rogatus essem, non solùm
legitimum meum Magistra-
tum adii, verùm etiam gra-
vissimis rationibus commo-
tus me divinæ dispositioni
atque concionandi vocationi
si permittat: Deesse non debere,
petivi quoque, cùm passim ad
concei-

concionandum urgerer, ut Ma-
gistratus sua voluntati sindicium
mihi faceret, me enim se invito
nihil acturum, unde facile li-
quet, quod nullo factionum,
sed solius omnipotentis praesidio
adjutus, vocationi meae satisfa-
cere voluerim. Cum itaque ad con-
cionandum vocarer, Magistratus
praemissus illuc, quo populus
verbi divini avidus convenerat,
sine alterius injuria atque in-
commodo suggestum ascendi,
et officii mei memor verba vitae
docui, quod nulli Christianorum
merito denegari debet; quo
enim jure alius alium docere
maxime in loco ad docendum
destinato prohibebitur. Post-
quam igitur vocatus sum, et
nil aliud, quam bonum publi-
cum, tranquillitatemque ci-
vilem

vilem /: teste veritate :/ quæsivi, necesse non esse putavi, bene agendi facultatem, à quoquam efflagitare, hoc enim laudabili consuetudini, et Christianæ libertati prorsus repugnaret: nam bene agere, citra cujusdam assensum semper licuit, semperque licebit, ego quidem etiamsi Magistratus authoritate hæc egissem /: sine quâ nil tamen egi :/ gratiam benè gestæ rei meritò ab illo expectassem. cùm omnis Christianus Magistratus à Deo ad hoc sit constitutus, ut quovis ad benè agendum sponte sua invitet, si quid verò Deo adversum præceperit, Deo magis parendum quàm hominibus Scriptura jubet.

Quare Princeps, cùm à ca-

lum-

luminatoribus meis, inobedien-
tiæ et rebellionis accusatus sum,
et quia sit impia, erronea, nova et
contra omnem hucusque pro-
mulgatam tranquillitatem,
pacemque docuerim, unde nil
nisi dissidium, et horrenda
seditio eruptura sit, per omnia
sacra, per jus divinum et huma-
num orbo ut delatorem, adpro-
bandum illata mihi crimina
constringas. Si autem inex-
pugnabilibus argumentis
convictus fuero, non solùm
à concionandi munere absti-
nebo, sicut et Senatus, Tribuni
Mechanicorumque Præfecti
hujus urbis tuo jussu permoti
me facere voluerunt, verùm et i-
dm dignum facinus supplicium
subire paratus ero. Sed cùm me
objecti flagitii crimine insons,

tem

tem esse sciam, et concionandi
officium à Deo mihi impositum
sit; cui plus quàm ulli homi-
ni parendum est: / et plurimi
sint homines meam operam sibi
poscant, sine æternæ salutis pe-
riculo à publicâ docendi funcți-
one me continere non possum,
neque debeo, Se igitur mihi
Patronum et Defensorem fore
non dubito: nam singularem
veritatis et gloriæ Dei Se Pro-
pugnatorem esse plane confido,
hanc meam qualemcunque
nominis mei purgationem
æquo animo feras, ac calum-
niatoribus meis sine fronte
mentientibus animo generoso
et Principe digno aures
tuas præcludas.

S. Hanc plebei post lon-
gam

gam super Erici scriptis ultro citroque habitam consultationē, pota consilii sui responsione 28. Aprilis edita et ad Senatum directa declarant, cujus exē plum subjecimus.

Gratia et pax Dei

per Christum acquisita sit vobiscum. Amen.

Cùm Deo Ri volente tribum nostris suffragiis ad gubernacula et imperium hujus urbis sitis designati atque evecti, legiti, ma vobis merito obedientia, nobis vero justa defensio in repiā et cum virtute conjunctā debetur, ut partibus Reipublicæ salvis totum corpus firmiùs consistat, literas Erici Episcopi Osnabrugensis ac Paderbornensis, Ducis Brunsv.

Brunsvicensis, et adhanc tan-
dem diœcesin postulatio no-
stris præfectis oblatas, lectas
et publicatas intelleximus:
quibus cùm probitate et eruditi-
tione eximius Bernhardus
Rothmannus Ecclesiastes no-
ster potissimum, et nos aliquâ
ex parte lacerarentur, et indi-
gnis modis tractarentur: sed
cum Bernhardus à malevolis
et obtrectatoribus, qui veritati
tem semper oppugnent, apud
Principem turpiter traductus,
scriptis suis satis sine dubio
acriter se defenderit, non digne-
tur illius vices, sed nostras par-
tes acturi simus, ne nos,
quales esse dicimur, tales
à Principe habeamur.
Dirigimus autem potis-
simùm ad vos scripta nostra,
ut

ut innocentia nostra per vestra
litera sapud Principem teste
sitis; non tamen Principem;
cujus candor et benignitas no-
bis explorata est: / hujus no-
stra infamia authorem fa-
mus. Sed maledos sugillatores
ac criminatores, quorum
impudentissima mendacia
in innocentia nostra retectio
obscurabit, ut veritas tandem
emergat, vincat, triumphat,
ac omnem infamia nostra
labem abluat. Principio pa-
tres conscripti accusamur
seditionis et rerum nova~~rum~~
molitionis, quæ à calumnia-
toribus nostris sine omni
verecundia mentientibus
Principi persuasa erunt, sed
cum nil à calumniis tutum
esse possit, exemplum Christi
nos

nos solatur, qui cùm pacem
adferret, imò pax ipsa esset, se,
ditiosus tamen ab inimicis suis
est appellatus. Quantùm certè
ad nos attinet, nil prius nilque
præstabilius nobis accidere
posse putamus, quàm ut pax
et mutua concordia, simul ac
vera, pura et consentiens evan-
gelica doctrina inter nos vigeat,
quod ex prioribus nostris lite-
ris et confessione edita et toti
ustmundi censuræ oblata, nec
non proximè vobis exhibitis
scriptis, quarum recens adhuc
apud vos memoria superest,
evidenter patescit; itaque
summam hi immerentibus
nobis injuriam mentiendo
intulere, nisi hoc seditiosum
esse censeant, quòdea, quæ
ad nostram salutem perti-
nent

nent, apud Magistratum mul-
tis supplicationibus, urgere non
destitimus, quod evangelicam
veritatem, ab omni labe purga-
tam Magistratus opera nobis
illustriorem reddi optamus,
quod doctrinam puram, quam
Bernardus Rothmannus nobis ha-
ctenus dotuit, retinere cupimus
à quâ si Christiani esse velimus,
recedendum non esse existima-
mus: non enim dubitamus,
sed certò scimus, puram hanc
esse doctrinam, at verum Dei
verbum, quod se coram quibus-
cunque etiam capitis sui peri-
culo defensurum publicè,
ac in omnibus ferè concioni-
bus suis pollicetur. nemo ta-
men ex adversâ parte, ut
decet: / prodire audet, pro-
terea in scriptis Principis

insi-

600.
insinuamur, religionis anti-
que adversus Christianam
concordiam novatores. Quod si
ad veritatem res excigatur, nun-
quam nobis jure objici poterit,
nisi id Christianæ concordiæ
adversari singamus, quod
scriptura, ac maxime Paulo
jubente in augmentum glo-
riæ Dei ad pietatem excitan-
dam ante et post concionem
aliquot psalmos in linguam
vernaculam transfusos di-
stincte et unanimiter can-
tamus, præter hoc non a-
gnoscimus, nos ullâ in re
esse culpandos. Si vero
vos, aut quisquam morta-
lium alius nostrum quem-
quam ullius flagitii reum,
aut christianæ pietatis vio-
latorem esse docuerit, eun-
dem

dem nos cujuscunque etiam dignitatis et Status sit, vestro arbitrio puniendum debere non gravabimur: nihil enim designare decrevimus, cujus in conspectu Dei et totius mundi judicium pertimescere non velimus, hujus etiam rei vos nunc testes et coram principe nostro defensores esse cupimus, ne silentio nostro ulla de nobis sceleris suspicio apud quemquam augeatur; sed veritate in lucem proditâ malevolis et calumniatoribus ad Principem præcludatur aditus, calumniandique finis statuatur.

Senatus ubi hoc jussu Dei ordinis scriptum legi jussit, quod defensionem sui mollebatur, literas 2dâ Maji edictas, quibus plebeam excusationem

tionem includit, ad Principem
mittit in hæc verba:
Litteras Tuas ad totam Rem=
publ: et omnes urbis Monast:
ordines missas Superioribus die=
bus accepimus, quibus admone=
mur, ut omni religionis novati=
one et civili seditione explosa,
veteribus cæremoniis et pristina
tranquillitati insistamus,
has cum omnibus, quorum in=
teresset, proposuissemus, re=
sponsum est ab his, se non ad
seditionem, sed ad retinendam
et conservandam in suâ Reipul:
concordiam addictos, et ex
animo propensos esse. Et
præter hoc responsum ob=
lata nobis est scriptura om=
nium ordinum totius no=
stræ civitatis, cujus exem=
plum

plum his nostris literis inclusis
transmittimus, unde exactius
omnia agnoscas; quod vero ad
P. Bern: Rothmannum et con-
cionesipsius attinet, proposui-
mus illi Scripta Sua, et serio
interdiximus illi concionandi
munere; ad quæ respondit se
Suæ doctrinæ rationem, et
explicationem ad Se misisse,
et ad probandum omnia se
astrinxisse, nec quicquam
responsi accepisse, se proin-
de suo munere functurum,
donec Princeps responderit,
sed cùm hujus rei nomine ut
pax et tranquillitas inter
nos conservetur, plurimum
studii impendamus, multum-
que solliciti simus Suo matu-
ro judicio accuratius expen-
den-

denda relinquimus, ut in melius consulas, quid seditioni sedendæ opus sit.

Hæc cùm Princeps legisset, Senatores plerosque avitæ adhuc religioni favere, sed seditionis timore perculsos nihil adversus plebem tumultuantem audere, non solùm ex scriptis, verùm etiam ex multis rerum judiciis sani, animadvertit; quosdam tamen infectos esse, plebisque negotium promovere intellexit, plebi quoque pecuniam ex superioribus scriptis plebei ordini accepit, unde graviter offensus Senatui in hæc verba rescribit:

Responsum vestrum, cui plebei ordini scripta indu-

inclusa fuerunt, accepi: exqui-
bus praeter alia intellexi, plebe-
os live[s]me suggestione quorun-
dam caca invidia adversus
oppidanos flagrantium, ad
scribendum impulsum fuis-
se existimare, cum seditionis,
impietatis, et rerum antiqua-
rum novationis praeter omne
veritatem reti asserunt: scri-
ptis meis superioribus insimu-
lentur. Ad qua respondeo,
me non invidorum, malevolo-
rumque aut vaniloquorum
obtrectatione, sed sponte mea,
singularique erga civitatem
favoris ac benevolentiae stu-
dio percitum, Senatum tribu-
nos, mechanicorum praefectos,
totumque simul plebeium
ordinem scriptis meis ad
ea, quae Reipubl: salutaria
prisa

visa sunt permonere voluisse,
nullis enim falsis criminatio-
nibus vos, civesque viri per
invidiam à quoquam usque
huc apud me insimulati estis,
verùm tum publica fama,
aliaque non vana argumen-
ta Ecclesiarum, civiumq;
vestrorum, novandi studium
per ora hominum passim tra-
ducerent, mei muneris esse pu-
tavi, vos ut concives vestros ab
imminente clade hinc tan-
dem eruptura, familiariter
præmonere, itaque scriptis
meis jactitatis novatio-
nem coeptam amovendam,
concionatores deferendos,
cæremonias autem, cultum-
que templorum antiquitus
receptum retinendum esse,

ea

ea fiducia vobis suasi, ut et meis monitis locum apud vos relinqueretis, et responsumque vobisque dignum redderetis. Cum vero neutrum a vobis impetrare possem, sed vestros pervicaci quadam contumacia pertinatiores propositi sui fieri, viderem, qua si fine aeternae lucis dispendio, neque concionatore, neque doctrina illius carere queant, inconsultum ac temerarium concionatoris et factionis illius propositum, sub Evangelii praetextu susceptum, defensumque animadverti, nunc quoque accuratius pervestigando deprehendi verissimum esse, quod idem hic concionator, suae factionis

satel-

satellitio, et maximè cujusda
Principis Nordani auxilio ad
jutus tempore Friderici et nunc
non solùm in uno, verùm etiam
pluribus articulis, contra ca-
tholicæ Ecclesiæ, et Princi-
pum imperii nuper coactorum
decretum publicè è sugesto
multis modis egerit, in odiu
interim apud imperitam ple-
bem, magistratum, omnesq;
antiquitus hucusque cum
laude propagata scæremo-
nias pertrahens. Proinde
justissimis de causis ante-
cessor meus mandato præce-
pit, ut sibi ab omni insueta
doctrinâ, novandique studio
temperaret, nihilominùs
tamen se his abstinuit, sed
cum pervicaciâ quadam
isti mandato in hunc usq;
diem

diem contumaciter restitit,
imò magis magisque veteratam
novationem, contentiosamq;
doctrinam omnis seditionis
seminarium impressit, ejusq;
animos in his ita confirma-
vit, ut in periculosos errores
præcipitata, jus divinum
et humanum, Imperatoris
umque edictum pertinaci-
ter contemneret. Si autem
diutius ista ferantur, certis-
sima inde perniciei non so-
lùm vobis, verùm etiam toti
diœcesi emergat, quam pro
viribus meis avertere con-
tendo. Quare iterum seriò
vos admoneo, et familiariter
rogo, ut Rothmannum et
collegam suum Brixium
reliquosque ejusdem farinæ

con-

610.

concionatores averſemini et amoveatis, eccleſiaſticos ritus ceremoniaſque templorum vete-res omni novatione poſthabita revocetis, et ſcriptis meis ſupe-rioribus, locum aliquem apud poſteros relinquatis, ne dadem vobis accerſatis: nam ſi vos veſtros-que concives mea admonitio-nes pro nihilo duxeritis, et nobis inventis, quod minime ſpero, inſiſtere perrexeritis, quid me ratione muneris mei ad tuendum Cæſaris, Impe-rii que decretum facere deceat, vobis exactius penſandum relinquo, quid harum à vobis expectandum ſit, propediem reſpondere cupio.

Hæc Principis ſcripta parum ponderis apud plebem ratio-

rationis inopem habuisse, vel
inde colligi potest, quod de re
sponso dando parum sollicitus
fuerint: nam cùm multi dies
jam effluxissent, neque sena-
tus quicquam rescriberet, Prin-
ceps responsi moram in-
digne admiratur. Itaque
Bernhardum à Reuren
militaris ordinis virum, ac
Satrapam Iburgicum lega-
tionem expediendi causa
Monast. ablegat, qui in ple-
no senatûs consessu, coram
Tribunis, Mechanicorumque
Præfectis sic orditur: Prin-
cipio Reverendiss. ac Illustr.
Princeps, vobis totique urbi
salutem et tranquillitatem
precatur; deinde vobis per
me significari jubet, quan-
quamdante die aliquod

Scriptis

612.
Scriptis suis à vobis petierit,
ut concionatorem, qui vestræ
civitatis munitione protegitur,
cùm contentiosa douerit,
unde plebs fraudis ignara,
primùm in errorem contentio-
nis parentem, inde in manifi-
festam seditionis rabiem,
contra Cæsareum edictum,
pacemque publicam protra-
hi possit, amoveretis, quod
quidem Princeps his maximè
temporibus periculosis, ut
major calamitas eviteretur,
posse facturos certò sibi per-
suaserat, neque tamen
quicquam responsi à vo-
bis receperit; proinde
Princeps serio etcà, quà
potest, diligentiâ, iterum
à vobis efflagitat, ut in-

tra

tra dies paucos quid de concio-
natore amovendo decreturi, de-
liberate respondeatis.
Senatus se postridiem respon-
surum pollicetur. Plebs
tamen, cum se à Tribunis
rogari arbitraretur, quoran-
dam instinctu non solùm
insolescit, verùm etiam fe-
rocior, obstinatior et pugna-
cior redditur. Quidam enim
magni nominis novandi de-
siderio inflammati, hanc
doctrinam insolitam per
omnes urbis parochias spar-
gere contendebant, et quan-
quam Oberwinus et Joan-
nes Druesten Scobini
Transluriani Tribus, et
cum ipsis Hermannus
Jonas vir aviæ fidei ef-

sent

sent, tamen à Ludgero Hûm-
brincke Hibruno plebis, Her-
manno Dilbecke, Michäele
Scardineck, aliisque hujus pa-
rochiæ comitatu adducti &:
May ab Archiviestali Fran-
fluviana, quæ juris stipa-
rochiæ habet, postulant ut
quodam P: Martino sacella-
no homine catholico a multo
alium substituat, qui ver-
bum Dei pure et humanæ
traditionis non pollutum
doceat, Eucharistiæque Sa-
cramentum, secundum Chri-
sti institutionem sub utrâq;
specie dispenset. Archiviesta-
lis deliberandi spatium pe-
tivit, sed cum postulata se-
quius urgerent, et studium
novandi clangueseret, nil
veterum immutatum est.

At

Alt, Princeps noctes atque dies consultasse dicitur, quibus modis conturbatum urbis negotium componere posset, et certè bonus ille Princeps suâ authoritate et amicorum præsidio adjutus, hac in re multùm effecisset, nisi morte præmaturâ decessisset: nam cùm in arce Castenouwa dioecesis Snabrugensis solito hilarior esset, in morbum incidisse, alii verò post amplum vini poculum ejusdem subitò ipsum 14. May expirasse dicunt. Interea Arnoldus Bellholt Judex urbis homo naturâ ad seditionem propensus, quem ut supra cum quibusdam aliis suæ factionis satellitibus, auctorem civilis

sedi

vic.
seditionis esse ostendimus, quique
Rotmanno plurimum authorita-
tis gravitatisque suâ lenitate tri-
buit, hic principi jam mortuo,
quavis sibi impunè licere puta-
bat, ideoque quantum potuit mo-
litione ac suâ malitiâ plebem
adversus Capitulum atque
Senatum cieri non destitit,
sed cum ire, quo voluit, commodè
efficere non posset, sibique tan-
quam multorum malorum
conscio malè metueret, urbe
excessit, non autem impune:
nam a Vicariis Diœcesis,
quibus interregno administratio
committi solet, inceptus capi-
tur, Monstmaria carceri in-
cluditur, hinc Severgenam
translatus quæstionibus ac
tormentis subjicitur, ibi se
mul-

multorum flagitiosum caput
esse, et quid porro cum suis in
animo habuerit, confitetur, de-
disset certo suæ temeritati poe-
nas, nisi majoris moliis et pe-
riculi occasionem vitasset;
itaque grandi pecunia mulcta-
tus carcere liberatur, inde ad
suos reversus segnius et remis-
sius seditionis negotium urge-
bat.

Horrore resipiscentiæ certo capite diutius fluctuari videantur, post mortem Dici primarii Cerusini arce sua Ludinckhusana, novi Grin-
cipis creandi causa coit; cum
in urbe se non satis ab insidiis
seditiosorum tutum esse ar-
bitraretur: sibique votis et
suffragiis concordibus ma-
gnanimum heroem Fran-
cis-

cissum Episcopum Mindensem et antiquæ nobilissimæ stirpis à D. Sulpicio Comitem in Præsulem Ecclesiæ Monast. primo die Junii eligit, cui statim post electionem aliquot Dioecesis arcium, castrorumq; possessio prater morem à clero primario traditur, quo alii non nisi post inauguratione publicam contingit. eo consilio hoc factum esse non dubitamus, ut regio Principe carere non videatur, cujus authoritate omnia geri credantur, præsertim hoc rerum statu, cum urbs ipsa magnis motibus ac horrendis seditionibus intus flagraret, quo totam regionem, omnesque urbes minores secum in eandem ruinam facilè præci-

pi-

pitasset, nisi hunc petitum pleno impetrandi jure metuissent, et cum post dies pauc os Olabrugensem quoque Episcopatum per liberam electionem adeptus fuisset, omnes seditiosi triplicato jam metu, non aliter hujus, quam verberi tri, fauci virei et potentiam exhor, rent. Quantum hic bonus Princeps pro sa republica, pro pietate vera, proque salute su, orum laboraverit, adeo ut nec sibi, nec suis facultatibus pe, perceperit, nunc dicendum re, stat. Cum itaque Clemse, cundarius se in suis functione, bus privilegiis atque libertati, bus à factiosis omnia pro li, bidine gerentibus turbari, ca, tholica cæremonia stolli, nova et insuetata recipi, bona opera pro nihilo haberi,

con,

Concionatores catholicos vi a-
moveri, Lutheranos substitui
templa spoliari, et pro arbitrio
omnia agi, clandulum per li-
teras quereretur, peteretque a
Principe, ut pro sua authori-
tate ab oppidanis restitutio-
nem in integrum impetrare
dignetur. His literis excita-
tus Princeps die 28. Junii
ad oppidanos, omnesque urbis
ordines scripsit.

Postquam Divino
numine in Præsulem Dioeceſis
Mona st. postulati esse mus,
narratione fide dignorum ac-
cepimus, et postea publica
hominum fama verum esse
comperimus, quosdam Luthe-
ranos concionatores partim
propria temeritate, atque
audacia partim plebeorum
et

et maximè levium quorum re-
bellium que ejusdem factionis
sociorum in stinctu se se in urbem
Monast: recepisse, et non solùm
legationem, admonitionemque
antecessoris nostri contempsisse,
verùm etiam edictum, quo d'
publica ipsis fuit sublata se-
curitas in prædicti Principis
insignem contumaciam præ-
facte et contumaciter violas-
se, ibique se in hodiernum diem
continere, ac sine permissu or-
dinarii Magistratûs, contra
novissima Imperii decreta,
præcipua parochialia in urbe
templa propriâ authoritate in-
vasisse, Pastores et sacella,
non legitimos cum antiquis
ritibus deturbasse, se suas ip-
siones et doctrinam in-
fectarum ceremoniarum,

no-

novorumque rituum formis con-
tectam substituisse, ea denique
sparsisse, usque errorum tenebris
plebem involvisse, quæ ipsam in
dies, magis atque magis ad se-
ditionem, et adomnem adversus
Magistratum rebellionem
manifestè excitent, politicum
ordinem turbent, pacem ac
tranquillitatem funditus e-
vertant, quam levitatem, re-
bellionem atque impietatem
de vobis utpote ante hac obedi-
entibus, et judicio vicinarum
urbium omni pietati atque gra-
vitati plurimum addictis, mini-
mè speraßemus. Proinde
cùm Omnipotens hujus Ecclæ-
siæ gubernacula nostræ curæ
et sollicitudini divinitus con-
credidit, nil prius, per Dei
gratiam, faciendum nobis

pu-

putamus, quàm ut subditi no-
stri ad conservationem Pacis Im-
perialis, pacem, tranquillitatem, obe-
dientiam et imprimis concordiæ
religioni mutuo devincti perpe-
tuo vivant. Itaque hoc à vobis
incommodum vestrum postulamus,
ac petimus, ut hoc rerum statu
ad vos superioris Augustani
Principum conventus, et Impe-
ratoriæ Majestatis arbitrium
atque voluntatem nobis seriò
commissam conformetis, eccle-
siasticos ritus et cæremonias
antiquitùs institutas, et ad
hæc tempora nostra productas
reservetis, concionatores ejus-
modi novationes et abusus ab ipsis
introductas propelligetis, plebem
ad concordiam, tranquillitatem
et obedientiam revocetis, donec

vel

vel Imperii Ordinibus, aut Magistratu nostro legitimo in praesenti hoc Principum conventu aliquid certi in religionis negotio statuatur, vel nos post inaugurationem ad plenam hujus Diœcesis administrationem devenerimus: dabimus enim tunc operam, si res postulare videbitur, ut omnia ad normam verbi Dei reformentur, omnisque tumultuandi tollatur occasio. Quare non dubitamus, quin apud vos Imperii Decretum nostraque paterna admonitio locum sit habitura; si vero haec omnia contumaciter spreverit, quod minime speramus, vobis spendandum relinquimus, quid nos pro rerum qualitate facere oporteat,

oporteat, ne Imperio, Imperatoriq;
que decretis in Ratisbonē sibi Cun=
ctum conventu nostro executio=
ni commissis refragari videmur,
cujus autem animi sitis, ma=
nifestè à vobis responderi cu=
pimus, super hac re Monaste=
rienses consultant, deliberand,
ultrò citroque quid respondeand
volunt.

Tandem S. D. Julii nil aliud
respondent, quàm se litera
Principis Ecclesiarum
mentionem facientes accepisse,
quas legi audivissent, lectos q3
Tribunes plebis, et Mechani=
corumque Magistros tulis=
sent, nec se certos de causis i=
quas scriptis committere per=
longum esset: subitò respon=
dere posse. Itaque sibi hoc

à Principe ignoscj flagitant,
cum primum vero possint, se
per publicum suum nunciũm
respondsuros pollicentur, pra-
canturque illi ad longum
tempus salutem, harum lite-
rarum Epigraphe ipsas litera
propemodum excedebat, Reip.
per dolli ngus interim in sua
participii à minime placoscen.
Henricum Moderson Lanione,
et Henricum Stedeker pellio-
nem Tribunos plebis eo induxit,
uti tribunitia sua authoritate
omnes quotquot in curiis sedent,
cum earum praefectis convoca-
rent. Primo itaque die Julii
domum suam Toriam, seu Mecha-
nicorum curiam Tribunorum
mandatis parentes caterva tim
ingrediuntur, qua omnes

curia

curiæ de rebus, quæ ad commune totius civitatis bonum pertinend
rætur æ convenire conjuverunt.
Collectâ ibi fere civitate, seu
bone: quanto motu, quanto
murmure, quantisque cla-
moribus, alii hoc, alii illud
postulantibus, non solùm hæc
domus, sed etiam omnes cir-
cumquaque finitimæ perstre-
punt. Tandem cùm primus
ille motus paulatim subside-
ret, et Tribuni, Mechanico-
rumque Præfecti, locum
more majorum pro honore
et dignitate sibi deputatum
occupavarent, silentiumque
juberent, subita fit tranquil-
litas. Ibi tum Joannes
Grindemoller, à Tribunis
Knipperdollingo, aliisque

facti,

factionis doctus, causam
convocationis minime vanā,
sed talem esse dictitat, quæ
ad Dei gloriam illustrandā,
et omnium civium salutem,
pacem, libertatemque augen-
dam pertineat, de evangeli-
cā christianā doctrinā deque æ-
ternā vitā negotium esse; cu-
jus veram viam Lotmannus
humanarum constitutionū
veteribus refertis manifestè
doceat, et commonstret, quā
Papistica colluvies calli-
dis mendaciis ad quæstum
suum inventis obscuret,
et horridis involucris præ-
dudat, foedus proinde
adversus Evangelii oppres-
sores feriendum, quo Lot-
mannus, ejusdemque do-
ctri-

ctrina, quam veram esse in
confesso sit, defendatur, mox
tota ferè multitudo hanc
orationem interrumpens, se
Rotmannum cum doctrinâ
suâ Evangelicâ ad extremum
usque halitum, et dum
vena sanguine vibret tam
armis, si opus sit, quàm opi-
bus suis defensuram, qui-
dam vero pacifici seditio-
nis rebus grantes manifesti-
pocibus sibi religionis no-
vationem displicere testan-
tur, inter quos præcipuus
fuit Joannes Remmanna
pannicida, quem insignis
gravitas, et multarum
rerum experientia post ob-
sidionem ad tribunitiam,
di-

dignitatem invexit, qua etiam
per multos annos ad annum
Domini 1570. cum plebis ap-
plausu fungitur, hinc anno
1573. Senator designatus est,
hic cum pra ceteris magna
et animi et melioris cause
fiducia fretus, publice nova-
toribus istis reclamaret, à
furiosa plebe undique ad vocem
illius accurrente septus præ-
mitur, objurgatur, pugnis pul-
satur, quidam etiam hunc
tanquam Evangelicæ veritati
suoque Magistratui rebellem,
et obstreperum è medio esse
tollendum clamitant, et nisi
boni viri intervenissent, jou-
gionibus paulum eductis
in densa plebis multitudine
fuisset consopitus, hic motus

alios

alios quosdam eodem animo
prædictos, quorum constantiæ
Mennemannus multùm confi-
debat, ita deterruit, ut silere
mallent, quàm simili se perí-
culo implicare. Tandem ad
Tribunos protrahitur, à quibus
dissentiendi causam dicere
jussus est. Ille autem non fu-
riosis clamoribus, neque
insultâ temeritate, sed deli-
berato animo præsenti et
maturo consilio hanc rem
expendendam et decernen-
dam esse dicit, cùm præpro-
pera et festinata consilia
sæpe pœnitentiam comitem
secum adferant, si igitur
cum laude definire quic-
quam velint, sedatius con-
sultent, alter alterum be-

nigne

nigne et patienter audiat, et
singularum curiarum ad sin-
gulas vicem dimotarum vota singula
perquirant, inter quas si sen-
tentiarum summa sit consen-
sio, se quoque omnium vota ap-
probaturum, secuti fuissent
hujus viri consilium nisi
discreta consultandi, recepta
cula per singulas curias delu-
sent; placuit tamen tribu-
nis inconditam consultan-
tium multitudinem in com-
pendium contrahere, cum
difficile sit et singulis cau-
sis omnes curias adhibere,
et in totâ hominum colluvie
prudenter quicquam prorei
dignitate constituere, dele-
cti igitur sunt ex omnibus
curiis

curiis 26. Viri, qui cum Tribu-
nis Mechanicorumque pro-
fectis consilia sua quoties opus
esset, communicarent, Sena-
tumque vocarent, nec quicquā
citra horum authoritatem fie-
ret, cumque in hunc numerum
Henricus Bſermann auri faber
adscitus esset, omnem movit
lapidem, ut se eo munere ho-
neste abdicaret. Hunc itaq;
civilem motum et consilia
adversus Senatum concepta
omnibus curiis accuratiùs
expendenda obtrudit: raro
enim felices successus habu-
ere eos, qui suo Magistra-
tui se opposuissent, talia
consilia suis authoribus
cladem fere semper attulisse,

quod

quod se memorabili seditio-
nis exemplo anno 1513. in
inclyta Agrippinensium
Resp. didicisse fatetur, ubi
seditionis authores recisis
capitibus puniti sint, eo ma-
xime tempore, quo se soli
ceteri securos esse putarent.
Ad quæ Henricus Kedeter
Tribunus: Si tu sinquit: de
recisis cervicibus mul-
ta differens, tibi metuis, ad
nostros conatus perficiendos
non solùm es inutilis, verùm
etiam plurimùm nobis obes:
itaque audacior et confiden-
tior, qui Evangelium fa-
cilius crescet, in hujus lo-
cum substituitur. Facta
hac virorum designatione,

curi-

curiarum omnium authoritas
in ipsos Tribunos et Mechani-
corum præfectos transfertur,
ita tamen in medium consul-
tent, ita in Evangelico negotio
promovendo Senatui se oppo-
nant, ne quid Reipub. et liber-
tati civili detrimenti accipi-
at. Sed hoc potissimùm a-
pud Senatum efficiant, ut
unanimi et per omnia con-
sentiens religio in totâ urbe
doceatur, vigeat, crescat, et
cum omnibus suis circum-
stantiis, ad extremum vitæ
spiritum et minimam san-
guinis guttulam in corpo-
ribus reliquam, omnibus
falsa doctrina tanquam
nocentissima pestis ita
era-

eradicetur, ut nihil impuri,
et quod evangelicæ veritati
quoquo modo adversetur, re-
linquatur, publica tranquil-
litas et libertas, quæratur, con-
firmetur, et quotidianis in-
crementis aucta conservetur.
Si verò Senatus in hac causâ,
quæ tam pia est et honesta,
quàm utilis tergiversetur,
segne difficilem præbeat,
nec ad totum plebeum ordinē
referatur, hi visita actis di-
grediuntur, et aut bini, aut
terni, aut quaterni de evan-
gelico successu inter eundum
confabulantur, more quo
Apostolorum, plus de eo
sollicitis sunt, quàm de suis
præmpturariis.

Post

Post hæc M. Iulii Tribunitiæ, chanicorumque Præfecti Senatui in conclave Senatorio coacta ple, bi spetita proponunt, simulq; efflagitant, ut verbum Dei cum omnibus sui circumstantiis tueatur, et omnium voluntatu, studiorumque utriusque et Plebei et Senatorii ordinis summa sit consensio. Ad quæ Senatus se evangelico, ver, boque Dei nequiquam repu, gnaturum, sed cùm nondum sati constet, à quibus vera Evangelii doctrina propagetur, se itaque legationem ad Principem exorandum mi, surum, ut illo authore com, munibus consilii et impen, sis viri docti accersantur,

quibus

quibus de religionis puritate
judicandi committatur potestas,
quorum judicio et decreto nulli
fas sit reclamare, hoc ubi fa-
ctum fuerit voluntatum o-
mnium consentionem fir-
mam commodè fieri posse,
delecti à plebe hoc responso
minimè satiati suos Tribu-
nos, Mechanicorumque pro-
fectos 13. Julii circa horam
tertiam pomeridianam
ad Senatum pro alio respon-
so impetrando remittunt,
maximè ut Senatus non
obscurè, sed expresse respon-
deat, an voluntatum omni-
um sit speranda utriusq;
consentio et ea Senatus velit
et approbet, quæ plebs jubeat.

Ad

Hinc Senatus se à verbo
Dei ne latum quidem unquem
recessurum, sed semper eidem
adhæsurum, omnesque cives
illi addictos, quantùm vires
patiantur, defensurum, ideo
se efflagitare, ne à plebe plu-
ribus molestiis afficiatur,
hoc Senatus responso delicti
à plebe plurimùm offensi
et exacerbati, tribunos pro
alio responso extorquendo
ad Senatum remittunt; si
enim ambiguis, obscuris et
perplexis responsis diutius
non velle eludi, sed ut manifeste
renunciet, an voluntati ple-
bis assentiri, mutuaque in
religionis negotio consilia
admittere velit. Inde pro

respon-

responsi ratione ad proximè
celebrandum, se accuratius consilia
inituros, Tribuni et curiarum
praefecti, haec omnia consulibus
et quibusdam Senatorii ordinis
patribus, in templo dominico
de exactione furcia, cum ca-
pitulo consultantibus die 13.
Julii circa horam nonam
ante meridianam referunt,
orantque de certo responso
sint solliciti, se enim incon-
ditam plebeam multitudinem
Evangelii amore flagrantem
diutius à motu continere
non posse, et nisi propediem
mitigandi, manu faciendique
eam inveniatur modus, metuendum esse, ne non
dissolutius in deos universos,

et

et multorum incolarum periti-
em agere incipiat. Quæ vox
tribunorum consules et Senatorc
illos ita commovit, ut re sic
exigente universum Senatori-
um ordinem ad horam secun-
dam pomeridianam per accen-
sos ad curiam convocaret, cui
cum tribuni curiarum desideri-
um plebis iterum explicuissent,
iis digressis multa utro, citroq;
volvuntur, ratione quæ, quibus
plebs exasperata permulceri
queat, quæruntur, sed nil certi
eo die decretum, nox enim inter-
veniens consilium, patrumque
consessum dissolvit, itaque in
diem Lunæ, quæ fuit 15. Julii
comitia prorogantur, interea
Mechanicorum præfecti sin-
gulas curias suas, ad eundem
diem

diem, horamque octavam ma-
tutinam in domum Victoriam,
seu Mechanicorum curiam
convocant, ut et ipsi eo loci non
minus, quàm Senatus in
curiâ consultent; ubi autem
curiam Senatus fuisset in-
gressus, mox tribuni curiarum
præsides in conclave Senato-
rium admissi plebis causam
his verbis agunt.

Principio viri Prudentes
et Reipubl: Ornatiss: Patres,
plebs cujus legationem ne-
cessitas officii nobis imposuit,
protestatur se nihil aliud de-
liberare, in præsenti hac cau-
sâ spectare, quam ut gloria,
Dei animarum salus, et pu-
blicum emolumentum qua-

ratur,

tatur; si verò diverſum ullo
judicio deprehenditur ſe Ma-
giſtratui ſuo ſubjicit, cui in
licitis et honeſtis ſ. uti decet
ſemper ante hac factitatum
ſit: libenter parere, neque abilli,
us mandatis latum unguem
diſcedere velle pollicetur; ex ad,
verſo autem efflagitet, ut quem,
admodum Magiſtratu ſobedi,
entiam à ſubditis requirit, ita
quoque illorum tutelam, a de,
fenſionem legitimè ſuſcipiat,
ut privilegia et libertates, qui,
bus urbs Mona ſ. à multis Im,
peratoribus ac Principibus
ſibi invicem ſuccedentibus
dotata ſit, conſervetur, com,
moda omnium et ſingulorum
civium, quoties opus et neceſſi,

ta ſ

tas exigit, tam extra, quàm
intra moenia propugnentur,
defendantur, et protegantur:
nam sine fideli Magistra,
tuâ tutelâ, ac vera legitima
subditorum in timore Dei obe-
dientia, nulla civitas, nulla
Respubl: incolumis diu stare
potest, quod verò plebs hoc
aliquam diu supplicitèr à
Senatu postulare non desi-
terit, ejus finem et causam
perlibenter, ubi adorationem
dicendam clementer admi-
serit, reddituram est, ut
omni clandestinâ suspici-
one et controversia, quæ inter
Senatum et cives gliscit, amo-
ta solida minimeque fucata
concordia cum vivendi inte-
gritate Reipubl: reddatur.

Plebs

Plebs enim facile animadver-
tit Reipubl: tunc exitialibus
periculis involutam fluctuare,
cum subditi & Magistratus
mutuâ mali suspicione impli-
ci tenentur, tactisque odiis se-
cum dissident; plebis itaque
potestati nostræ subjecta suspi-
cionis suæ causas in medium
adferre non erubescit, ea adver-
so quid sibi in plebe displice-
at, à Senatu cognoscere vehe-
menter cupit: Si enim aut
innocentiæ suæ defensionem
susceptura, aut si malè e-
gerit, emendatiùs acturam
promittit, similiter à Se-
natu petit, ut talem se sub-
ditis exhibeat, qualem mu-
neris & officii sui ratio po-
stulat; ut ergo Patres Pa-
tris-

tis: plebeiæ seditionis causas,
et cur plebs sibi malè à vobis
metuat, intelligatis, paucis
accipite: primùm Senatus
libram aliquamdiu sui con-
veniendi copiam non fecit,
sed de plebeio alloquio in re etiam
maximè necessariâ et ardua
subduxit, secundò Senatus
in partes distractus solitum
consilii capiendi curiæ lo-
cum refugit, et interdum sex,
interdum octo, interdum de-
cem Senatorii ordinis viri
conciliabula quærentes, pas-
sim in sacellis, aliisque loci
abditis consultaverint, quâ
re cives se non parum per-
gravari existimârunt, et
cùm eo modo facultas lo-
quendi eis præcluderetur, Sena-
tus

tusque fides suspecta inter cives
haberi cœpit. tertio Senatus com-
muni tribunorum et mechani-
corum magistrorum consilio
recepit, se laboraturum, ut sin-
gulæ parochiæ sinceros Evan-
gelii præcones habeant. Quod
an negligentia, an oblivione
in hoc usque tempus præter-
missum sit, ignoratur. Quarto
Senatus plebeium ordinem
quamvis legum et privilegio-
rum præsidium implorarit,
a bello crimine apud Principem
per suas literas non purgavit.
Ita atque aliæ causæ consimi-
les Senatus fidem apud subditos,
tam plebem suspectam fecerunt.
Hæc Senatui ita proponuntur,
ut ad singula propositione ex-
peditius ad ea respondere queat,

quibus

quibus plebs satiata, mitiga-
taque citra ullam mali suspi-
cionem in posterum magistra-
tui suo fidat. Ad hæc se-
natus post brevem deliberati-
onem se nunquam animos
suos à plebeja salute averti-
se, & civium commodis plus
operæ impertisse quàm suis,
sibi enim constare, quanto
cum periculo unius corporis
membra à se mutuò distra-
hantur, se itaque semper dis-
sidii causa fuisse, concor-
diæ verò quæsivisse, se nun-
quam tribunos plebis, plebi patro-
nos, sed imperitam multitu-
dinem inconditè vociferan-
tem, causam suam non
per tribunos more majorum
agentem

agentem à se repulisse. Quod autem quidam Senatorii ordinis viri aliquoties extra curiam in locis secretioribus interdum de privatis, interdum publicis non ita tamen magni momenti causis consultaverint, neque jura neque libertatem Reipubl. in minimo labefactat, sed cùm non aliter ibi civium commodum quàm in curiâ quæsitum sit, sed ad intempestantiam quorundam vitandam solitudinem placuisse, neque enim locum, sed prudentiam et fidem consilio authoritatem addere solere, porro quod plebs in hoc usque tempus concionatoribus destituatur neque negligentiâ, neque obtrectatione Senatûs, sed virorum

gravi-

gravium et creditorum inopia
contigisse, quales Senatus ipsa
rochiis perfici cuperet, quorum
copia subito haberi non potue-
rit. Postremò Senatus quidem
fatetur, se quorundam privato-
rum temeraria facta, apud
Principem non defendisse,
neque enim defendere debuit,
quæ non jussit, quibusque
suâ authoritatem non inter-
posuit; communi verò consi-
lio acta semper à Senatu male
suspicari, et cum alter alte-
rius scire cupere, non possit,
amotâ omni suspicione re-
deamus in mutuam grati-
am, mutuâ fide copulati
simus, mutuo sacramento
devincti, mutua officia
præ-

jocæ stemus, mutuo juvandi stu-
dio flagremus, mutuâ autho-
ritate omnia agamus: Senatus
plebem amet, non contemnet,
commoda illius sine alterius
injuriâ quærat; plebs Senatui
obediat, recta monenti non
obluctetur; si verò interdum
à recto aberraverit, se moneri
patienter ferat, nec rebellione
sed obedientiâ, se vicissim putet,
ita fiet, ut nunquam in conten-
tionem mutuam incidamus
et omnis suspicio, quæ utrim-
que coaluit, stirpitus evellatur,
sic tandem firmissimam civi-
tatem sumus habituri. Si
ergo tribuni, mechanicorumq;
præsides receperint plebem
ita erga Senatum affectam
esse, Senatus vicissim se

plebi

plebi non defuturum pollice-
tur; hi tribuni, reliquique
à plebe missi assentiuntur, con-
sentione proinde utrimque
facta, tribuni Mechanico-
rumque magistri desiderium
plebis porro hi trebus Senatui
explicant. Postquam Ma-
gistratus atque subditi hujus
urbis benevolentia et obedi-
entia vinculis inter se sint
colligati, ac omnis livoris,
dissidiique suspicio sit
ablata; ne autem iterum
seditionis occasio in Republ.
nostrâ emergat, ante omnia
necesse esse existimamus,
ut consentiens evangelii
ac pura doctrina religio
per totam urbem vigeat;
nam dispar, imparque do-
ctri-

ctrina non solùm corpori, ver
rùm etiam æternam animarū
pernitiem adfert, cùm autem
nulla doctrina aquè salutem
operetur, quàm Evangelica,
quàm P. Bern: Lotmanus
sincerè et purè divinitùs
illustratus annunciat, hanc
itaque totus plebeus ordo tan
quam salutarem amplectitur,
petitque ut hanc sibi tutò li
ceat, et unanimiter profiteri,
hanc Senatus defendet, in
singulis parochiis suā vigi
lanti curā concionatore
prospiciāt, qui verbum Dei
sine falsitatis admixtione
disseminent qui Sacramen
ta, ut ea Christus instituit,
dispensent, qui verò Evan
gelio et veritate adversantur,

do,

docendi officio destituantur.
Ad hæc cùm plebeus ordo verbo
Dei jam edoctus, animadvertat,
multiplices abusus in animam
irreparabilem jacturam irrepsis,
se, postulat, ut Senatu ~~postulen~~,
te satagente, ceremoniæ cum
verbo Dei ex diametro pugnan,
tes, et quæ sanè offendiculo
retineri queant, amoveantur,
quod si Senatus forte ignorent
eos aut ex quotidianis D. Bern,
hardi Rotmanni concionibus
facilè intelliget, aut ipse petenti
idem Bern: non invitus præ,
scribet, si præterea quisquam
sive Ecclesiasticorum, sive
laicorum contra Bernhardi
doctrinam se quicquid habere
putaverit, quo se sacri literis

et

et evidentibus argumentis ea
evertere speraverit, plebeus ordo
petit, ut Senatus sua authori-
tate clero potissimum edicto pro-
cipiat, ut id in publicum edat,
et victus sua temeritatis poenas
perferat: nam cum ordo plebeus
non dubitet, quin D. Bern-
hardi doctrina evangelio sit
conformis, abeâ ne cedere pot-
est, nisi Scriptura Sacra con-
vincatur, ad quod certamen,
Scripturarumque collationem
saepe se obtulit, nemo tamen
adversus illum in lucem pro-
dire ausus fuerit, postremò
cum cives animadvertant, an-
tiquas et laudabiles consue-
tudines, regalia atque privile-
gia quotidie (pro dolor!) in-

gringi

jungi, neque in suo vigore in
detrimentum et perniciem hujus
urbis conservare, quam tota
civilis respublica cupit, ut Se-
natus Tribunorum, Mechani-
corumque praesidium auxilio
serio hoc agat, ne pristina hujus
reipub: jura labefactentur, sed
suo nitori restituantur; in his
Senatus se exhibeat, ut Chri-
stianum Magistratum decet,
ut pia, pacificamque vitam
simul vivamus: nam ut nihil
magis civium coetui necessari-
um est, ita quoque nil arden-
tius expetit, Senatus se hoc
facturum recipit, communi-
ter edere se cum tribunis, me-
chanicorum magistris ad ple-
beo ordine consociatum per

sub-

subscriptionem Theodorici Hoyeri curiæ Amanuensis pro-
fitetur, cujus exemplum tribu-
nis traditur, Senatus præterea
permittit, se pastoribus nunci-
aturum, ut intra certum tempus
sibi præfixum Bernhardi Bot-
manni dogmata legitimis argu-
mentis et Scripturæ locis con-
sultent, aliosque se hoc tribu-
norum, mechanicorumque
magistrorum præsidio hoc
acturum, quod juris, et æqui-
tatis ratio postulaverit.
Hoc fœdere ita absoluto solus
Senatus ad Superiores Princi-
pis literas s: quanquam ad
omnes urbis ordines sæpe
scripsit: / 25: Julii confiden-
tius jam in hunc modum

rc.

respondent:

Cum non solùm ad nos, tribunosque plebis, verùm etiam mechanicorum magistros, totumque plebeum ordinem civitatis nostræ Princeps Reverendiss: ea quæ ad concionatores aliquot pertinent, perscripseris, qui partim propriâ temeritate, partim plebeorum quorundam suggestione, se in urbem nostram receperint, sua docuerint, inuetaque cæremonia in publicum sparserint, te proinde petere, ut inveterato Ecclesiasticos ritus antiquitus institutos reservemus, concionatores et cæremonias recens invectas profligemus, ple-

plebemque seditiosam eo crea-
mus; hæc Princeps Severdis-
scripta, omnibus ordinibus
hujus nostra civitatis et D.
Bernhardo Rotmanno p. ad
quem potissimum pertinere
videbantur, proposuimus, qui
responsum nobis reddidit,
cujus exemplum tibi trans-
mittitur, unde mentem illius
plenius cognosca, porro ut
omnis à nobis rebellionis
suspicio quam longissimè
removeatur, scias neque
hunc Rotmannum, neque
ullum Ecclesiastarum con-
cionandi causa à nobis in
urbem accitum, sed Theo-
ricum à Tervelde Sa-
trapam eundem Rotman-
num

num è sedibus suis: quæ tunc
temporis apud Mauritianos fuere,
ratis in civitatem vocasse, eidemque
nomine Principis defensionem
renunciasse, tutumque commea-
tum, ac immunitatem ademisse
cujus rei varia ad omnes pene
oppidanos querula deferebat,
causamque suam rationibus,
et jure se propugnaturum re-
ipiebat, nos etiam nil aliud
unquam, quàm christianos
Ecclesiæ situs paribus votis
anhelamus: novit quoque
Reverendis: Princeps in urbe
nostrâ magnum decimium
esse Cleri numerum, in quo
Pastores, Monachi, Ordinum
mendicantium: quos ter-
minarios vocant: atque
alii viri docti deprehenduntur,

quibus

quibus, ut accepimus, præ-
dictus Dominus Bernhardus
suæ fidei et doctrinæ confessi-
onem in articulo contractam
oblulit, seque abillis, si aliqua
ibi erraverit, instituí ac eru-
diri benigne efflagitavit; quod
tamen usque adhuc negligen-
ter prætermiserunt, nec quic-
quam adversus illius scripta
proposuerunt, unde plebs
evangelicæ veritati addicta,
confidentius Ecclesiastarum
monita sectatur, neque etiam
antiqua templorum cœre-
monias in urbe nostra non
pollui se, nedum sustulisse
arbitramur, adhæc cum ci-
ves nostri eam obedientiam,
quam jure debent, obtulerunt,

et

et uni se religioni emancipa-
runt, eamque in tranquillitate
amplexerunt, nostri muneris
erit, ita civilem concordiam
stabilire, ne jura et antiqua
civitatis privilegia videantur,
nisi Principi facile liquere
arbitramur, quam sit difficile concionatores abigere,
et cives nostros salvifico
verbo Dei spoliare; rogamus
itaque, ut hoc secum Prin-
ceps expendat, et si quid
praterea utile visum fuerit,
in medium consulat, sibique
pro benigno responso hac
habeat.

Exemplum literarum Romani ad Senatum quarum in superioribus Scri-

Scriptis fit mentio quod Senatoriis literis involutum Principi mittitur.

Gratiam et pacem à Deo nec non officii me promptum obsequium imprimis vobis Oppe, ro patres ac Domini mei!

Scripta postulati Principis vobis missa, et ad me potissi, mum pertinentia, nihil abla, ta, ut ea, quæ mihi objiciuntur, aliud diluam, aut vestræ cen, suræ subjectus, ea perpetiar, quæ mihi Princeps à vobis infligi jusserit, diligenter legi, atque relegi; in quibus meam innocentiam apud Principem abominandis criminibus, ac sceleribus infandis, et minimè inter Christianos tollerandis lace, ratam,

ratam, quasi in hoc laborem,
hoc solùm agam, ut nil neque
boni, neque honesti doctrina
pariter et vita mea exprimat.
quamobrem Princeps seriò
mandavit, me munere meo
destitutum à vobis urbe pro-
fligandum esse, profectò enor-
mia sunt ista flagitia, quo-
rum me reum apud Principem
facium, quæ si vera esse
deprehendantur, neque livore,
et singulari obtrectationis
studio à malevolis, ac no-
minis mei eadem molientibus
conflicta forent, mirum jam
non esset, si talem ma stigam
et flagrionem extra termi-
nos Dioecesis Principis ejici-
endum præcipiat, imò di-

gnus

gnuscsem, quam terra dehiscen,
adima tartara vivum cum Da,
than et Abiron demergeret; at
verò cùm me innocentem scio,
et ob id facilioremmihi excusa,
tionem esse, nil prorsus dubito,
si modo vera responsio adver,
sus falsas criminationes ad,
mittatur: mendacia vanilo,
quorum mihi, neque apud
Principem, neque apud vos
Patres obstutura: nam san,
cte et magnificè de christi,
ano Magistratu sentio, et
hoc mihi firmâ spe de coper,
suadeo, si veritate et velim
et possim me defendere, ipsum
mihi tam benignum fore,
ut me contra ipsos vanilo,
quos mendaciorum con dar,
cinatores jure tueatur, max,
imè

imè cùm non mea, sed Sæ, ver-
bique illius Sancti causa
agatur. Quod autem perso-
na mea; in quâ parùm mo-
menti est, cùm idem ipse
Christus pertulerit; falsis
conviciis proscinditur, men-
daciisque impudentiss. con-
vellatur, non me lædit, sed
hæc sine dubio à Satanâ o-
mnis mendacii et calumniæ
authore eo diriguntur, ut no-
bile ac salvificum Dei verbum
oppugnatur, quod per me tan-
quam ministrum suum Deus
explicat, ac in plebem dispen-
sat, equidem ad singula in
his Scriptis responderem,
nisi me et literarum modum
excessurum timerem, et vos

publicè

publicè, privatimque ea nescire
putarem, quæ de me falsò apud
Principem sparguntur, ipsumq;
ad hæc scribendum impulerunt,
pareret enim hæc mea respon-
dendi prolixitas, vobis nauseæ
ac tœdium. Itaque hanc ge-
neralem excusationem defen-
sioni meæ nunc sufficere ar-
bitror. Si verò opus sit et à me
postulabitur, singulis objectis
me responsurum recipio, ut
si forte qui veritatis amans
omnia penitus cognoscere ve-
lit, habeat, quibus maledicis
os obtrudet. proinde patres sum-
mis precibus, perque omnia
sacra, et propter Deum à vobis
exposco, ut meum hoc respon-
sum ac officii oblationem,

beni-

benigne suscipiatis, quantum
fieri potest, me apud Princi-
pem juvetis, offero me interim
coram vobis sedulâ vi, cuili-
bet, qui se quicquam, quod à
christianâ doctrinâ et pieta-
te alienum sit adversùs me,
se adducturum putaverit, in-
trepidè responsurum, et si
convictus fuero poenas, quas
christianorum jura victis,
hoc nomine irrogant, subire
paratus sum. Hoc cùm sit
summum, ad quod me astrin-
gere possum, intollerabiliori-
bus conditionibus me non
esse propemodum puto. Ulti-
nam accusatorum meorum
aliqui prodiret, ut aut in-
nocentia, aut culpa mea
in lucem adatur, et si quid
malè

malè egerim, digna factis
supplicia perpeti non recusabo,
satius enim foret mori, quàm
contra Deum aliquid moliri,
et vivere, magnitudinemque
divinæ offensionis magis ac
magis in me cumulare.
Sed Deus solus est justus
judex, quam cogitata cor-
dium non fugiunt, huic et
ego mearum rerum causa li-
ben[s] submitto, ut inter me,
inimicosque meos suo motu
et arbitrio omnia temperet ac
innocentem à manibus oppre-
mentium eripiat, Deus illustret
nomen suum in æterna sæcula
Amen. ~.~.

Dùm hæc ita aguntur, quo-
dam Senatorii ordinis viri

Sug-

suggestione plebeorum ma-
gistratuum, ut suam etiam
causam externo robore fir-
ment, ad illustrem Domi-
num Philippum Catto-
rum Principem, quem eva-
gelio suo favere cognoverant,
legationem clanculum mit-
tunt; fuit autem hujus le-
gationis summa Non
dem pub: repugnante Epis-
copo et Clero evangelicam
veritatem, per concionatores
non minus doctos quam pios
propagatam, recepisse; ide-
oque se abillis metuere, ne
quid mali adversus se, conci-
onatores que maxime in-
augurationis Episcopalis
tempore conjunctis viribus
ma-

machinentur, se itaque obse-
crare, ut ea, quæ inter evan-
gelicos Principes authorita-
te polleat, sibi occurrat, et
Episcopum ab evangelii op-
pressione, quam fortè Sug-
gerente Clero, mente concepe-
rit, suis Scriptis deterreat,
qui pro defensione Evangelii
nihil non se facturum pol-
licetur, proinde 30: Julii
hæc ad Senatum scribit:
Ye
Vos omnipotentis Dei be-
neficio veritatis agnitione il-
lustratos per evangelicos quos-
dam Concionatores, verbum
Dei sine ullâ impostura ac
fecis admixtione vestris civi-
bus feliciter proposuisse, li-
benter accipimus, verùm cùm
vobis

vobis metuatis, ne non Episcopus
vester in sui ingressus inaugu-
ratione, concionatoribus amotis
gravi incommodo vos afficiat,
petivistis ut vestris Scriptis
huic periculoso eventui occur-
rere dignemur, quâ in re vobis
gratificari volentes Episcopo
scripsimus, cujus exemplum
hisce nostris literis inclusimus,
porro vos monere utile visum
fuit, ut maturo vestro consilio
et diligenti curâ vigilatis, ne
cives vestri sub prætextu
Evangelicæ libertatis, contuma-
ciæ, rebellionis, et inobedientiæ
adversus Magistratum suum
edant exempla, neque carnis
licentiam, seditionem, pri-
vatumque commodum p. que

Evan-

Evangelio adversatur, quærant
sibi usurpent, serioque factiosas
cohortes reprimatis, et ab Eccle-
siasticorum rapina et pensio-
num detentione injustâ sibi
temperent, si his nostris moniti
parueritis, et hoc unum cura-
veritis, ut verbum Dei sincerè
populo annuncietur, non du-
bitamus, quin postulatus veter
Episcopus in his, quæ ad Glo-
riam Dei illustrandam et E-
vangelium propagandum fa-
vorem et benevolentiam sit
exhibiturus. Si verò præter
hæc inter ipsum et Capitulum
et vos controversia fortè in-
ciderit, et ad eam dirimendam

nostrum

nostrum officium utrimque
requisitum fuerit, per consili-
arios nostros ita concordia da-
bimus operam, ut dissidii re-
liquiis Dei ope, prorsus subla-
tis pie et pacifice mutuo vivatis,
hæc utilitatis vestræ gratia
vobis offerre voluimus.
Senatus S. Augusti pau-
ca respondet, se scripta per
præsentem oblata, quâ decet
veneratione accepisse, ea se
suis propositurum, et qua æ-
quitas postulaverit acturum.
Sequitur Exemplum li-
terarum à Philippo
Hassorum Principe 30.
quoque July ad Episcopū
missarum, quarum in
superioribus Landgra-

vii

vii scriptis fit mentio.

Reverende in Chri-

sto Domine, ad me perfertur non
à Monasteriensi, sed alio quo-
dam: cujus nomen coràm de-
monstrabo: quod urbs Monast.
in ipso inaugurationis tuæ
ingressu sibi metuat, ne non
Pleri primarii instinctu et
hortatu, evangelicos suos Con-
cionatores, deserere per te co-
gatur; Supplicavit itaque idem
ille mihi, ut meis literis ad te
missis eo metu urbem libera-
rem, cujus petitioni ea chri-
stiano pectore profecta de-
esse non potui, nec debui, et
quanquam de tuo evangelico
animo nihil prorsus dubito,

ja-

familiariter tamen rogo, etsi
Capitulum de pellendis Concio-
natoribus urbanis apud te in-
stiterit, ut prudenter et circum-
spectè à te omnia agantur,
ne alteutri occasio quærendi
relinquatur, ne Clerus suis
fructibus, vectigalibus et an-
nuis pensionibus privetur,
neque cives concionatoribus
suis evangelicis destituantur
sic enim fiet, ut utrique in mu-
tuâ simul tranquillitate vi-
vant, et ad tuum arbitrium,
nutumque se accomodent;
si verò hac in re neque pru-
denter, neque circumspectè,
neque piè te geseris, Electorem
Imperii ducem Saxonum,
aliosque Christianos Prin-
cipes

ejusdem Status offendes, ac cum
tui sis in discordia et discrimine
vives; praterea ex omnibus re-
rum circumstantiis facile ani-
madvertis Cæsaream Majesta-
tem non tam vehementer in hoc
negotio esse, quàm antea fuerit,
ne igitur committas, et hoc aga,
ut timorem Domini excussisse,
conscientiam tuam onerasse,
et plus discordiæ, quàm con-
cordiæ excitasse videaris; si
hæc minus te moverint, move-
at te imprimis omnipotentis
gloria, moveant deinde meæ
preces, ne miseri et impruden-
tes homines verbo Dei destitu-
antur; hoc si feceris, votumq3
meum in parte aliquâ admi-
seris, Deus animæ salutem,
corporis incolumitatem et

admi-

administrationi tuæ prospe-
rum successum gratiam suã
tanquam ex uberrimo fonte
in te simul effundet, ego etiam
reliquique Principes et Status
omnia amicitiæ officia tibi
vicissim spondeamus. Datæ
Appenbruggæ die Martis
post Jacobi, Anno 32.

Hinc primâ Augusti circa ho-
ram undecimam antemeridi-
anam ordinis Senatorii viri
transfluviana tribus p: quos
Stabinos appellant: / et mecha-
nicorum quidam Archivesta-
lem transfluviani Monast: p:
penes quam illius parochiæ
jus est: / adeunt, duo potis-
mùm proponentes: primùm
ut Parochi et Sacellani se

ã

á concionandi munere absti-
neant, alios enim in locum
eorum substituendos esse, quos
nisi evidentius sacræ scriptu-
ræ argumentis convincantur,
in suâ functione minimè tur-
bent, deinde cæremonias im-
pias hactenus usitatas abro-
gari sinant, item illud urgen-
te quidem plebe senatu tamen
non authore, per omnes totius
urbis parochias nunciatur,
verùm huic imperio minimè
cum senatûs authoritas non
accesserit, paritum esse.

Porro Princeps superiori
Monast. responsione incon-
sulta, Lotmannique auda-
ci pertinacia non parùm
offensus fuit, adeo ut res jam

arma spectare, utrimque vi-
deretur, vincit tamen innata
Principis clementia primum
animi motum, maluit enim
Princeps prius omnia longa-
nimitate experiri, quàm ar-
mis, si forte benignitate op-
pidanorum furor mitigari
posset, proinde S. Augusti-
nus scribit:

Clementem literarum
vestrarum concionatoris
vestri causa scriptarum sa-
tis intelleximus, vestrum
autem responsum, vestram
purgationem, ac omnia
alia quolibet etiam evan-
gelicæ veritatis colore et
fuco à vobis exornata, qua-
vis

vis re ipsa longè diversum
publicâ attestante famâ com-
perimus, vestro judicio liben-
ter permittimus, ex justa
æstimamus, nos verò petioni-
bus et admonitionibus no-
stris, plus quàm paternis
consisti de Concionatoribus
relegandis, de novationibus
recens inductis abolendis, ac
veteribus restituendis, conveni-
entius, solidumque magis re-
sponsum à vobis exspectasse-
mus. Id ut autem sit iterum
à vobis petimus et flagitamus
ut hæc et superiores admoniti-
ones altius animis vestris
insideant, ne oblivione dele-
antur, et susceptam vestram
religionem, cæremoniarumq;

nova-

novationem et abusum tollatis, veteres et laudabiles ecclesiasticos ritus antiquitus institutos revocetis ac retineatis, concionatoresque exterminetis; si verò hæc iterum contemptui neglexeritis, quod non speramus, expendendum penitus vobis relinquo, quid nos tanquam membrum, et obedientem imperii Principem ad conservationem tranquillitatis, pacis publicæ et constitutionibus ab Imperatore in Ratisbonensi conventu editæ, nobisque commissa adversus tales rebelles et inobedientes facere deceat, à quâ tamen executione (Deo teste) abhorremus. Hæc iterum benigno animo vos

vos admonere voluimus, ut sa-
lutis vestræ rationem habeatis,
et certum nobis responsum
detis.

Cum hæc ita mutuis
scriptis aguntur, Consules,
tribunis, mechanicorumque
præfectis postulantibus Sena-
tum juris jurandi religioni
admonitum, ad sextum diem
Augusti convocant. Cum
autem patres in conclavi se-
natorio more majorum con-
sedissent, ibi tunc tribuni, cu-
riarumque præfecti Senatui
explicant, se à curiis, delectis,
que plebei ordinis in mecha-
nicorum curiâ congregatis
petitum missos, ut Senatus
superioris fœderis per curiæ

ama-

amanuensem subscripti me-
mor hoc potissimum agat,
quo singulæ urbis parochiæ
pios et evangelicos concionæ-
tores, papisticis remotis, ha-
beant, quibus etiam Senatus
authoritate suâ, sicut nu-
per quoque in curiâ graphi-
aria receptum fuerit, jus
parochiarum committatur.

Senatus hæc in longam
consultationem trahit, vari-
aque cum tribunis super
hac re colloquia miscet,
unde tergiversatio facilè de-
prehendebatur, itaque tri-
buni moræ impatientes, ple-
bem in curiâ mechanicorum
collectam responsum à Se-
natu serio et sine prorasta-
natione

nationē apperiri commemorant.
Ii proinde benignum à Senatu
responsum consequi non possint,
quo offensi plebis animi vel
mitigentur, vel in parte sibi ali-
quā satisfaciant, totam se mul-
titudinem adducturos, cum
quā ipse, quā polleat pruden-
tiā coram agat.
Haec ubi Senatus accepisset
sibi metuere coepit, non enim
satis tutum ēse cum incondi-
tā multitudine agere putavit,
quae quemlibet voluntatis mo-
tum, quasi ex meliori ratio-
nis parte profectum approba-
ret, altius ergo hanc rem deli-
berandam censuit. Cum
autem diu multumque ultrò
citroque sursum deorsumque
omnia voluisset, satius sibi
ēse

esse existimavit plebi jurenti aliquid esse concedendum, et juri ecclesiastico per ea ex, igente, adimendum, quàm se externo discrimine temere subjicere, vitæque periculum subire. Decretum igitur e, Scabinos et mechanicorum magistros cum quibusdam de plebe honoratioribus in singulis parochiis, pastoribus sacellanisque Senatûs authoritate patres denunciaturos, ut sibi à concionandi munere temperent, prorsusque abstineant, et concionatores à Senatu constitutos admittant, donec erroris convincantur, denique cæremonias impias, et cum verbo Dei

ex

ex diametro pugnantes abro-
gari sinant, Hic plebs sati-
ata digreditur.
Hinc oppidani ab incepto juro-
re non desistunt, sed Donatus
authoritate freti, quam O. Au-
gusti extorserant, novationem
suam quam longissime propa-
gare gestientes, ipso die Lau-
rentii, qua fuit X. Augusti,
ducibus Bernardo Lot-
manno, Brixio Nordano/
cujus concionibus effectum
fuit, ut Mensis Traccarum
suarum naufragium face-
rent:/ Bernardo Knipperdol-
lingo, Hermanno Tilbecke,
Caspare Schroderkem, Joan-
ne Langerman, Petro
Krefen, Petro Mensinck,
Joan-

Joanne Windemoller, Joanne Ummegroven, aliisque ejusdem factionis compluribus intempla irruere, sacramentorum veterem usum, antiquasque coeremonias adhuc reliquas abrogare, altaria et imagines adhuc integras confringere, Sacerdotes e templis deturbare, et sua factionis viros levos, effœminatos et indoctos substituere, missarum solemnia prohibere, germanicos psalmos cantilare, quid multis vix sibi à Dominico et templo transfluviano temperantes, omnium aliorum templorum sacra, sine ullo Supplicii metu profanis misere.

Brixium sua factionis Sa-

telli-

tellitio stipatus, vacuam do-
mum sacellanatus parochi-
æ Martinianæ, dato Brixiæ di-
moti inhabitandi causâ in-
greditur, ibi cum aliquot heb-
domadas egisset, tandem Lot-
manni sororem, cujus turpi
consuetudine aliquamdiu usus
fuerat, sibi legitimo matri-
monio jungit, prioremque
turpitudinem se abluere ex-
istimans. Ubi verò ea quam
primum antea duxerat cum
duabus prolibus venisset,
postremam ductam repudiasse
dicitur, unde inter Lotman-
num et Brixium simultas
exorta est, quam tamen idem
Evangelii propagandi studi-
um et professio facilè sustulit,

ne

ne illi, qui evangelicam veri-
tatem, et fidei unitatem pa-
ribus votis profiterentur inter
se dissentire videantur, quo
profecto multos à concionibus
suis abalienaret.

Cum verò boni viri se in sum-
mo discrimine inter seditiosos,
qui aliena captare videban-
tur, versari animadverterent,
literas reddituum, reliqua-
que opes suas, quibus facti,
ac insidiabantur, clancu-
lum eripiunt: non enim
eas urbi profusâ plebeorum
authoritate conturbato fore
audent; Transfluviani quo-
que Coenobii Virgines 14.
Augusti arcam cum literis

signa-

signatis, ac quibusdam ornamentis aureis, argenteisque emissam extra urbem tutiori loco committunt. Hanc rerum vicissitudinem quis unquam expectasset? cum superioribus annis Sueccsiani hostili armorum metu exanimati, munitionibus hujus urbis confidentes, bona sua intulerint, nunc vero eadem sori stuti, ora ipse arbitrantur. Qui, dam etiam praestantiores senatorii ordinis viri patriae sedes urbis deserentes, alio habitandum migrant, quales fuerunt Oberwinus Prosta, Theodoricus Kern, Stermann, Wilbrandus Asso, nius, Hermannus Scheve,

Erat Judex urbis, Hermanna
Verde et alia ejus generis lu-
mina præcipua, aliique boni
et pacifici, qui semper reprimen-
da seditionis authores fue-
runt, satius sibi esse putante,
inter feras quàm homines
barbaros atque immanes de-
gere, ubi se, suaque omnia
periculo exponant, ne tamen
Senatores suis consiliis Rei
publ. deesse videantur, Sanctio-
nes suas, consultandique
statos dies per vices partiti
sunt, ita ut neque simul o-
mnes adsint, quod magnâ
prudentiâ receptum esse
nemo dubitat, ne plebs aut
in totum ordinem pro ar-
bitrio grassetur, aut quidvis

ab

ab ipso præsente vi extorqueat,
Consules tamen Everwinus
Droste, et Wilbrandus Asseb.
rikes consulatu se abdicantes,
et voluntario exilio delitescen-
tes ad seditiosos non revertun-
tur, plebsitaque Consulum
absentiam, voluntariumque
eorum exilium hoc maxime
tempore, quo Respub. Monast.
penuria consilii et oratoris
labor abat, ægerrimè tulit,
semper enim senior Con su-
lum orator est in Senatu,
quare tribunos suos curiarum
præsides, ad diem 16. Au-
gusti, horamque 7. Senatum
jam acephalum cogere ju-
bet, quibus etiam scedulam
querimoniarum plenam

of.

offert, cujus exemplum se-
quitur:

Vigilantissimi Tri-
buni, praefectique nostrarum
rerum Studiosissimi.
Plebs, totaque civium mul-
titudo sollicita alicujus
suspicione movetur, quod Se-
nior Consulum, penes quem
in Senatu primus Consilii
locus, maximaque est au-
thoritas, fuga, spontaneum-
que exilium hoc potissi-
mum tempore elegerit, atq;
ita honorem suum contа-
minaverit, civitatemque
ancipiti periculo involverit,
praeterea in ore vulgi est,
Senatum per literas hunc
eundem Consulem in consi-
lii administrationis suae
locum

locum serio revocasse, Senatui
responderit, ut causa fugæ
et exilii prodatur, plebs non
frustra Consulis fugitivi
nomine sibi metuit, sed ejus
rei multiplices habeat cau-
sas, quas suo tempore ma-
nifestabit. Quanquam au-
tem hæc civitas à consulibus
sit deserta, plebs tamen vult,
et summe necessarium esse
judicat, ut ejus ratio habe-
atur, ne quid detrimenti ca-
piat, unde omnium incola-
rum pernities eruptura sit.
duo igitur maxime curan-
da sunt: primum ut Syn-
dicus, qui non tam jura
communia, quam muni-
palia, hujusque patriæ

confe-

&c.

consuetudine teneat, et elo-
quentia polleat, civitatis im-
pensis quæratur, cujus opera
nunc potissimum nobis est
necessaria, cùm senior consu-
lum, ad quem officium ora-
toris pertinet, nunc absit,
et si adesset, nihilominus
Syndici consilio et eloquen-
tia opus est, cum consul se
ad eam rem ob memoria sua
interitum inutilem esse, et
in gratiam civitatis, neque
in se, neque in liberos suos
ullius hominis odium, atque
invidiam concitaturum, ma-
nifestè dixerit, totus au-
tem civium cœtus neminem
ad Syndici munus obeun-
dum accommodatiorem esse
existimat, quàm doctorem
Joan-

Joannem à S. Sixt, legum
scientia virum eximium,
Rogat itaque, ut omnis cogi-
tatio et cura Senatûs in hoc
desudet, et maturè quidem,
ne Reipubl: illius viri copia
quantacunque etiam civitati
ærario constiterit, destitua-
tur. Secundò ut munitionu
armorumque hujus urbis
exactissima habeatur ratio.
Hæc populus à vobis postulat,
hæc vestra fidei et sollici-
tudini concredit, et siquid
præterea ad Reipubl: defen-
sionem et utilitatem utile
fore existimaveritis, vestro
judicio pensandum, matu-
reque perficiendum com-
mittit. Hæc cùm Sena-
tus sibi à Tribunis tradita
legis-

legisset, sibi tacuere forepol-
licetur, hoc pro viribus actu-
rum, ne quid rerum necessari-
arum Reipubl. desit: mitti-
tur igitur ad Doctorem Joan-
nem à Wiert Syndicum
Reipub. Bremensis legatio
qua illum ad Monast. Syn-
dicatum invitaret; Ille vero
negotiis suæ civitatis ita se
implicitum causatur, ut
salvâ fide suos deserere non
possit, nisi prius his
extricaverit, et officio bo
bene functus fuerit. His
itaque gestis eodem die 10.
Augusti circa horam
decimam tribuni, mecha-
nicorumque præfecti Sena-
tui

tui nondum digressos referunt
Bernhardum Rothmannum
reliquosque concionatores E-
vangelicos, quosdam abusu-
um articulos, quo Senatûs
judicio offerre voluit, con-
spisse; se itaque postulare,
ut ad colloquium admitta-
tur; Senatus autem variis
rationibus ipsos non esse ad-
mittendos contendit, maxi-
me cùm hæc res non ad se,
sed ad ecclesiasticos Judices
pertineat; cùm itaque mul-
tis consultationibus tempus
protraheretur, nec Tribuni
instandi finem modumque
facerent, admittuntur tan-
dem. Ibi tunc Rotman-
nus cum suis præsentibus

Tribu-

Tribunis, mechanicorum præfectis, Senatui Scriptum aliquod de abusibus veteribus exhibet, quod in pleno concessu patrum, recitatum fuit, exemplum sequitur.

Epitome quorundam abusuum, qui in Ecclesiam irrepserunt, & ad tempus usurpati sunt, Senatui, Tribunis, Mechanicorum, Magistris Civitatis Norimberg. per Evangelii Ministros conscripta et oblata.

Gratiam et pacem a Deo Patre, ac veram salutiferam agnitionem Christi Filii unigeniti, et unici

Sal-

Salvatoris nostri, per Spiri-
tum Sanctum vobis optamus
prudentiâ atque ornatiâ.
Patres, cum aliquantulum
temporis per gratiam Dei
Evangelium regni Christi
in hac vestrâ civitate sit
propagatum, eoque, uti spe-
ramus, multi vestram agni-
tionem, conscientiarum q3
consolationem sunt conse-
cuti, neque quisquam soli-
dis argumentis in hunc us-
que diem illud oppugnare
sit, oppugnareve potuerit,
hic palam esse arbitramur,
ex hac doctrinâ non solum
nostra salutis, verùm etiam
multorum impiorum abdu-
um cognitionem fluere, ma-
nifestioremque fieri; plebs

itaq3

itaq; christianæ doctrinæ ad-
dictas hos horrendos et impios
abusus suggestione Spiritûs
Sancti cognoscens, seriòque ad-
versans, ne et corporis et ani-
mæ jacturæ vobis sit, ubi accipi-
mus: supplicavit, ut vestrâ
authoritate veram Evangelii
~~religionem~~ doctrinam ab
omnibus impiorum abusuum
normis purgatam vindicetis.
Quâ in re vos, ita ut christia-
num Magistratum decuit,
subditis vestris libenter exhi-
buistis, unde facilè liquet,
nullam vos aliam doctrinam
in Republ. vestrâ laturos, quam
purum et incontaminatum
Jesu Christi Evangelium,
adquod propagandum nos-
et si

et si indignos vocastis, dabi-
mus tamen operam, ut inoc-
pta aliqua evangelica voca-
tioni nostræ satisfiat, Deus
gratiam suam nobis impertiat,
quam autem fideliter et stre-
nuè in vineâ domini hactenus
sudaverimus, penes alios judi-
cium esto, maximè penes vos
rerum peritos, an non vita
nostra doctrinæ à nobis tra-
ditæ responderit: utrum enim
enim conjungere necesse est,
nam aliter docet, et aliter
vivit, in alterutro errat, qua-
re Magistratus optimo jure
illis, qui doctrinam suam
sacris literis et vita sua non
constabiliunt, et exprimunt,
non solum concionandi mu-
nere

nere interdicere, verùm etiam
percipere debet, ut sibi abim-
piis cæremoniis, quæ non
minus, quàm falsa doctrina
in Republ. noxet, sibi tempe-
rent. cùm verò quidam que-
rantur, se nescire, quæ tem-
plorum cæremoniæ sunt
impiæ, ideo sc à receptis
cæremoniis et templorum
ritibus usitatis recedere
non posse, nisi nominatim,
quæ sint impiæ, præscriban-
tur. Quanquam autem
quotidianis concionibus
illud satis à nobis expri-
matur, à quibus hac de re
ambigentes remittendi essent,
tamen ut quælibet impie-
tas et quilibet abusus fa-
cilius

cilium cognoscatur, abillis
neve aliquam causam perti-
nacia sua in abusibus reti-
nendis praetexere queant,
epitomen abusuum, quan-
tum nunc necesse est, sacris
literis confirmatam, vobis
ex umbra in solem reducere
voluimus, ut hac occasione
hi, qui munitionibus hujus
nostra urbis continentur, et
impiis his ritibus immersi
detinentur, vestris mandatis
ab eorum usu vel coerceantur,
vel adversus illos solidi ali-
quid adferant, quo sua legi-
time tueatur: nam abusus
hactenus fucata pietatis
specie adumbrati, quos hic
revelabimus, nil aliud sunt,

quam

quàm blasphemiæ et calum-
niæ in Deum; hoc autem
omni ope et opera evitan-
dum est vobis, ne Sanctum
Dei nomen ullis blasphe-
miis à subditis vestris pol-
luatur: Deo enim propriu[m]
honor debetur ab omnibus,
maxime à Magistratu,
qui si de gloria Dei pa-
rum sollicitus est, eidem
quoque negligentiæ et
malè subditos secum in-
volvet; Deus autem potis-
simum de manu Magistra-
tus contemptum gloriæ
suæ vindicabit, posito quod
alios Dei honoris studiosi
vobis abusuum et blasphe-
mias nominis divini f. sicut

officii

officii nostri vocatio postulat, hic explicamus, petimus, et obsecramus, ut vestri quoque muneris à Deo vobis impositi memores hoc sedulò agatis, quod ad gloriam Dei et multarum animarum salutem pertinere videbitur: quem admodum enim officii nostri est, gloriam Dei, propagationem verbi sui quærere, et Christianos decet, rebelles, contumaces, et in Deum blasphemos legitimis pœnis constringere: nam frustra gladium non geritis, sed ut mali ad gloriam Dei vos metuant, boni verò ament.

Quod

Quod enim à Patre cœlesti non est plantatum eradicabitur; quod autem illud sit, ordine et breviter explicabimus, Dei voluntas in nobis operetur, cujus protectioni vos committimus. Datum Monasterii Anno 1532. ipso die assumptionis.

Bernhardus Rot-
mannus m.p.
Brixius Thorn. Cordō m.p.
Joes Flandorpius m.p.
Henricus Rollius m.p.
Petrus Wirthemius m.p.
Godefridus Tichoven m.p.
Stralenius m.p.

N.

Missa Frustulatī
ab hominibus consuta,
est

est cœna Christi destructio,
et mortis illius blasphemia

2

Cœna dominica juxta Christi institutionem Christi sumetur, ubi christiani conveniunt, et mortem Domini annunciant

3

In missâ autem contra institutionem Christi commedit, et bibit unus, et hoc quidem pro alio se placere præsumit, ac quod abominabilius est, oblationem inde faciunt, quæ Christus ipse sit, qui iterum pro peccatis, tam vivorum, quàm mortuorum à missifica operatur, in contumeliam et deri-

Sum

sum passionis Christi, ad
hæc omnes fere missæ pecu-
niis sunt emptæ, non aliter,
quàm Judæi Christum à
Judâ proditore emerunt.

4

Quamadmodum
impium est, quod unus pro
multis cœnam Dominicam
usurpat, ita quoque impi-
um est, sub unâ specie pa-
nis dispensare: nam
cœna dominica est testa-
mentum filii Dei, quod à
nullo homine mutari pot-
est.

5.

Sacramentum: ut
appellant: quod in recepta-
culis passim ponitur, cir-
cum-

cum fertur, adoratur est im-
manis idololatria: nam so-
lum Dominum Deum f. cujus
celum sedes, et terra scabellum
pedum ejus est, qui neque pot-
est, neque vult, in templis
manibus hominum factis
concludi: f adorandus est.
nihil enim aliud est, quàm
merus panis, quod in recepta-
culis circumfertur, invoca-
tur, neque Sacramentum
esse potest.

Cum in coenâ Domi-
ni commemorationem
illius, panis et vini fit par-
ticipatio, Sacramentum qui-
dem est, aliàs panis est
panis et manet panis,

vinum

vinum est vinum et manet vinum, quod autem dicunt per efficaciam quinque verborum: hoc est enim corpus meum, se facere Sacramentum, vel corpus Christi, falsum est et impium.

7.

Missæ animarum, vigiliæ, et reliqua justa pro defunctis, nullum habent in Scriptura Dei et veritate fundamentum, sed sunt contumeliæ, et ludibria sanguinis Christi: his enim peccata deleri putantur, quod soli sanguini Christi tribuendum est. Sunt autem

tamen

tamen aucupia et imposturæ, quibus imperite plebi lauli excauterentur.

§. 8.

Ex his, multisq; aliis rationibus consequitur, papistarum missas, Sacramenti repositionem, circumlationem, adorationem, et ejusdem sub unâ Specie dispensationem calumnias et blasphemias meras in Deum esse, et scriptura divinæ contraria.

§. 9.

Cùm in Ecclesiâ, hoc est, congregatione fidelium Christi, omnia ad ædificationem, et emendationem ejusdem fieri debeant,

ne,

necesse quoque est, ut intel-
ligamus ea, quæ aguntur,
nam ex eo, quod non intelli-
gitur, emendatio fieri nulla
potest.

10

Perperam itaque
in Ecclesiâ et congregatione
fidelium ac lingua quàm
quæ ab omnibus intelligi
potest, utimur.

11

Ita quoque decet, ut
baptismus manifesta et
vernacula lingua usurpetur,
cum omnium baptismo-
dum scire interest.

12

Præterea inutiles
sunt omnes Ecclesiæ ritus,

can.

cantiones, et quacunque
divini cultûs nomine cen-
sentur, quæ præsentiarum
et pecuniarum gratiâ re-
cepta sunt, sive primâ sive
secundâ intentione primi-
paliter vel accidentaliter.

NB.

Cantiones quibus alii
quam Christo mediatori
vel advocati beneficium
tribuitur, uti Salve Regina
et similes, impiæ et blasphe-
mæ sunt.

M

Aquas, candelas, her-
bas, ramos, statuas, campa-
nas, salem, oleum, et similes
res, conceptis verbis, in usum
salutis nostræ consecrare

ethnu-

ethnicismum sapit, fidem veram excludit, et aeternae damnationi viam aperit.

§. 15.

Aegrotos inungere oleo in alium finem, quàm ut membra et corpora fortiora reddantur, viresque recipiant, sed quasi inde animae salus pendeat, impium est et blasphemum.

§. 16.

Sanctorum imagines invocare, honorare, vel circumferre, manifesta est idololatria. Hos abusus ex multis selegimus et huc congessimus, ut ille, qui his signantur, se ignorare praetexant, qui abusus in templa Dei ir-

repsa-

reposerint; habent itaque
his paucis / quanquam omnia
a superioribus nostris intellex-
erint scriptis: / quòd simulatus
Dei cultus, maxima Dei sit
blasphemia. ex his enim
scriptis et adductis rationi-
bus irrefragabiliter rerum
est, nos abusus non tantùm
cum sacris literis non conve-
nire, sed ex diametro pugnare,
et vulnera Jesu Christi re-
fricare. secundò hos abusus
eo libentius annotavimus,
ut manifestetur filius perdi-
tionis, qui effertur supra
omnem qui dicitur Deus,
in templo Dei sedens, et ostен-
tans seipsum esse Deum, hoc
est, ut homines illi, qui sibi

potestatem divinam arrogat,
et locum Dei se tenere, imò
vicarios Christi se esse, au-
thoritatemque liberandi a-
nimas, et remittendi peccata
habere profitentur, remoto
experimento perdantur: nam
illi his abusibus subjuca-
ta religionis specie lati-
entibus miseras animas,
non aliter, quàm latrones
in speluncis suis incautos
homines jugulant. Cla-
matur passim: Principes
scribunt, antiquos christia-
nos ac laudabiles eccle-
siarum ritus retinendos,
neque ab his unquam re-
cedendum. Ultima
Principum mandatis
obse-

obsequeremur, ac singulari
studio discereremus, qui an-
tiqui laudabiles et Christi-
ani ritus, et è diverso, qui
flagitiosi et impii sint
censendi, sine dubio abusus
à nobis proditos summo
studio non amplecteremur,
cùm contra Scripturam,
contra veterem et christia-
nam consuetudinem, imò
contra Christum ipsum, qua,
ejus gratia introducti et
recepti sunt, quæ igitur
nisi à nobis Scripta sunt,
contra quoscunque præ-
mentibus vobis tuebimur,
si proinde post hac bla-
sphemiis in hac Republ.
peccatum fuerit, nos coram

Deo

Deo innoxios fore existima-
mus; vestrum autem erit,
diligenter expendere, quid
officii vestri, à Deo vobis con-
crediti ratio in hac re à vo-
bis exposcat.

Cum hæc in Senatu
lecta fuissent, Senatus ea
non ad se, sed ecclesiasticum
judicium spectare; non de
civili, sed cleri libertate ag-
animadvertit, itaque ut
justa defensioni locus re-
linquetur, harum rerum
copiam ad Clerum mittit,
ut Concionatorum argu-
mentis dissolutis suam
causam tueantur. Clerus
porrò hos sibi traditos abu-
suum articulos Coloniam
mittit, earumque refutati-

onem

onem à Theologis expectat.

Eo quoque die nempe 16.
Augusti Senatus consultat,
quid ad superiora Principis
scripta respondeat, tandem
unanimi decreto sic respon,
det: Se Principis scri,
pta de more tribunis plebis
mechanicorumque praefecti
exhibuisse, ex quibus co,
gnoverint superius suum
responsum non ita ut spe,
rasset, Principi placuisse,
cum scripserint D. Bern,
hardum Lotmannum
Concionatorem: qui à se
in urbem non sit accitus:
Pastoribus terminariis, mo,
nachis atque reliqui seru,
ditione pollentibus sua

doctri,

doctrinæ scriptos articulos obtulisse, eorumque emendationem si ubi erraverit serio petivisse, illos verò qua, si res ad se non pertineret, nihil respondisse; sed in utramque aurem securos dormivisse. Hinc plebem Evangelio et verbo Dei ad dictam confidentiùs Dotmannum fuisse secutam, et cum in eodem scripto à Principe flagitassent, ut ad conservationem civilis societatis ea consuleret, quæ ad hunc motum sopiendum expedire videantur, ita tamen ne antiqua civitatis jura et privilegia violentur, itaque se plane

spe,

sperasse, Principem honesta
petitionem non fuisse aver-
saturum, sed clementer ex-
audivisse. Verùm cùm di-
versum experiantur, se ro-
gare, ut Princeps s: si velit:
quosdam sibi à Consiliis
eruditione et authoritate
pollentes in urbem mittat,
qui de omnibus verbis
motibus, ita collatis mu-
tuis consiliis agant, ut
omni errore et discordia
sublatis, veritati et concor-
diæ relinquatur locus.

Ad quæ Princeps N.
Augusti respondet se à
Senatu, totaque Republ.
Non: ad suam superiorē
petitionem, longè aliud
responsum expectasse, ac

ac ipsos urbis incolas parum ipse
ecclesiasticasque externa fa-
cum verò nihil minus effectu
ese sentiat; cujus nomine
non parum doleat: / se ite-
rum placari: ut salutis pro-
pria memores, nunc postremò
totum negotium, maximè
hoc rerum statu, quàm dili-
gentissimè intueantur, et
expendant, sinceriorem
mentem redeant, nullam
novationem, nullos alios ec-
clesiasticos ritus, quàm an-
tiquitùs fuerunt, introducant,
aut introduci sinant, sed
antiquas ceremonias, et
ritos Ecclesia catholica
ritus in usu retineant; quos
verò Consiliarorum suorum

mis-

missionem postulent, qui alia legatione necessaria, nunc temporis prepediti sunt, se in redita eorum eam rem in deliberationem sumpturum, suique Consilii decreta, et quid expediri in hac causa videatur, propediem rescripturum.

Dum haec ita aguntur, interea commutato religionis et antiquorum Ecclesiastico rum rituum novationes in urbe Roma &c. exorta ac Carolum Quintum Augustissimum Romanorum Imperatorem, qui tunc Ratisbonae agebat, defe runtur. Ille re intellecta, quae moram pati non est

visa, literas subito ad Fran-
ciscum Praesulem Monast.
mittit, quarum exemplum
sequitur:

NOS CAROLUS
Quintus Dei Gratia
Romanorum Imperator,
semper augustus,
Reverendissimo & Francisco
Episcopo Mindensi, ac
ecclesiarum Monast: ac
Osnabrugensium postulato
nostro Principi gratiam
nostram et omne bonum
optamus. Reverende
et pie Princeps! auditio,
ne et famâ minime vanâ
accepimus, plerosque cives
et incolas civitatis Monast.
contra edictum nostrum,
tam pium, quàm utile,

Anno

Anno 1530. Wormaciæ pu-
blicatum, nec non adversus
nostram Electorum, omni-
umque totius Imperii ordi-
num constitutionem, in Su-
perioribus comitiis Augu-
stanis Anno 1530. aditam,
aliquot Lutheranos concio-
natores in suam urbem re-
cepisse, qui plebem imperi-
tam et incautam â vero
Dei verbo monstrosis opinio-
nibus, et doctrinâ suâ ca-
ptiosa in errorem pertra-
hant, inter ecclesiasticos
et profanos auctæ religioni
etiamnum addictos odium,
invidiam et seditionem
excitare non cessant, unde
nihil aliud, quàm ruinosa
pro-

propediem tollatur: quàm
motus publicos, et sangui-
nis humani effusio me-
tuenda est; hîc autem ma-
lo, ut maturo consilio ac
opportuno remedio occurra-
tur nostri muneri scrit.
Proinde tibi mandamus
serio præcipimus ac volu-
mus, ut tu tanquam E-
piscopus facta urbis in-
spicias, concionatores se-
ditiosos, cum suo satellitio
non solùm ab officio remo-
veas, sed et urbe pellas,
cives factiosos legitimis
pœnis coerceas, et suo Ma-
gistratui parendum cer-
tis legibus constringas, ut
inobedientes pacti adobe-
dien-

dientiam etiam inviti com-
pellantur, ut Clerus nec non
Senatus urbis, reliquique
oppidani in tranquillitate
et bona pace iisdem mor-
nibus conclusi vivant, quæ
omnia, si per te fiant, no-
stra voluntati te parcisse
putamus.

Hujus Cæsarei Scripti ex-
emplum cum Archetypo
per conceptorem collatum
Princeps ad Senatum urbis
mittit, literasque suas Ci-
Augusti scripta adjungit,
in hæc verba:

Quod nobis Imperato-
toria Majestas scripsit,
scriptoque mandavit, id vos
vestraque civitatis incolas
po-

potissimùm pertineat, ex
hoc cum descripto cum Ar-
chetypo collato ex hisce
nostris literis incluso co-
gnoscetis. Itaque hujus
Imperatorii edicti autho-
ritate freti sumus votis
à vobis petimus, ac beni-
gno vestro favore inflam-
mati fideliter vos mone-
mus, ut novationi et re-
ligionis negotio susceptæ
renuncietis, Lutheranos
et seditiosos concionatores
profligetis, antiquos et
inveteratos Ecclesiæ catho-
licæ ritus et ceremonias
reservetis, ne Cæsareæ Ma-
jestatis, Statuum quo
Imperii edictum in comi-
tiis

tüs Principum publica-
tum violare, neve crebras
nostras admonitiones per-
tinaciter contemnere vide-
amini. Haec vos tanquam
Imperio obedientes facturos
confidimus. Sin minus
ad executionem Imperia-
lis mandati nobis com-
missam progredi nos o-
portebit, ut rebellio legi-
timis remediis coerceatur,
à quibus tamen, utpote
vobis addicti, naturâ ab-
horremus; quid autem fa-
cturi sitis per praesentes
respondere cupimus.
Ad haec Senatus 28.
Augusti respondet: Se li-
teras Principis cum de-
feri-

scripto Imperatorii man-
dati ad Primipem trans-
missi accepisse ac more
Tribunis, præfectisque me-
chanicorum proposuisse,
idque respondi à civibus
recepisse: quòd adversus
Cæsarea majestatis edi-
ctum, cui omnem obedi-
entiam debere profitean-
tur, nihil egerunt: nam
quod concionatores, ad se
vocatos admiserint, qui
Evangelium ai Sei verbum
Joure, sincerè ai nulla hære-
sos fereè contaminatum
docuerint, non maximè et
expresè, cum Imperatoris
decreto Normatiæ adito
consentire, nedum adver-
sari

sari. Praterea hoi sine contro-
versiâ verum esse se deprehendisse
quod idem concionatores quos-
dam articulos de abusu
quorundam rituum ecclesia-
sticorum tollendo pastoribus
ac sacellanis parochiarum
exhiberint, ad quos sicut nec
ad Rothmanni articulos ni-
hil adhuc ab illis responsum
sit. Ex his, aliisque antehac
editis responsis Principem
facile posse expendere, at ex-
istimare, quàm impossibile
sit cives suos à verbo Dei ar-
cere, et concionatores urbe
pellere. Si ergo Princeps
molestus et gravis esse non
desinat, se suosque juraci-
vilia et maxime privilegium
hujus Dioecesis imploratu-
ros

ros esse, supra quod à Principe intollerabili avaritiâ minimè joràmi et affligi sperent.

Hunc autem articulum inter Diœcesis privilegia compre-hensum respicere videntur.

Item Episcopus unum-quemque sibi subditum in juribus suis et privilegiis et consuetudinibus ratio-nabilibus permittet, et per-missos defendet. Sunt et alii inter privilegia arti-culi, quos pro se facere ar-bitrantur, ut sunt.

Item si quis subditorum contendit, se habere ali-quam actionem sive cau-sam adversus Episcopum illa sedari debet per Ca-

pitu-

pitulum, in amicitiâ, vel
decidi secundum jus vel con-
suetudinem, & illi decisio-
ni Dominus acquiescere
debet.

Item officiati sui non fa-
cient militaribus, vel civi-
tati vel oppidis Mona &
Lossach, quod illi malè le-
gunt Lossach. x. arrestum
quasi Episcopo arrestatio
in bonis subditorum sit in-
terdicta.

Oppidanorum scri-
pta 16. Augusti emis-
sa, quibus Principis con-
siliario componenda se-
tionis causâ ad se mitti pe-
tierant, Princeps 24. Au-
gu-

gusti respondet: se ad con-
siliariorum missionem pa-
ratissimum fuisse, ut tran-
quillitas et Reipubl: salus
conservetur. Verùm cùm
sibi sit exploratissimum
oppidanos proximis supe-
rioribus diebus, et maximè
die 10. Augusti, quod mi-
nimè speraret, contra im-
peratoria edicta, ac in
contemptum seu ludibrium
potius decreti in diversis
comitiis. Principum Im-
perii publicati omnes an-
tiquas inveteratas et pias,
cultumque divinum pro-
priâ authoritate rebelli-
um et seditiosorum more
in parochialibus alio-

tem-

templis penitus abrogâsse,
et sustulisse. Suo proinde
consilio constitutum esse, se
consiliarios suos in urbem
non missurum, ut cum illis,
qui assiduo novationis stu-
dio intenti sunt, frustra a-
gant, nisi omnis in religione
et ritibus ecclesiasticis no-
vatio ab Imperatore etiam
interdicta prius exterми-
netur, et jam exterminati
veteres ritus revocentur. Tunc
se per suos vel Monaste: vel
alio in loco cum oppidanis
acturum. Si quid vimul-
tatis, odii, abusûs aut er-
roris tam in ecclesiastico,
quàm profano ordine de-
prehensum fuerit, se suâ
authoritate sublaturum,

eaq;

eaque, quæ ad pacem perpe-
tuam, vitam tranquillam
restituendam pertinent, repo-
siturum, quæ ejus opem da-
no obedientiæ debitæ et offi-
cii sui memores, fore, non
dubitare.

Verus Secundarius hæc
miseræ rerum facie et me-
tamorphosi inusitata con-
sternatus, cum suis viribus
plebeo motui, molitionibus
ejus seditiosis, ac violentiis
resistere non posset, Cun-
cipis præsidium his verbis
implorat.

Rever: et Ampl: Princeps,
non dubitamus, quin publi-
ca fama ad te delatum sit,
quondam obscuro et nobis
igno-

ignotos homines sine ordina-
rii Magistratûs permissu,
sed quibusdam Senatorii or-
dinis Viris, tribunis, Mecha-
nicorumq; magistris et cer-
tis plebei statûs hominibus
jubentibus, se in templa
parochialia urbis Monast.
ingessisse, Pastore et Sacel-
lano de suo gradu deje-
cisse, officia illorum invasisse,
multas novationes, articu-
losque inusitatos in vulgus
sparsisse, antiquas tem-
plorum ceremonias et
multis retro saeculis rece-
ptum ac inveteratum Dei
cultum tanquam excitialem
blasphemum ac impium
rejecisse, suam doctrinam
in

in capita certa contractam
proposuisse, et ea valitura
esse, donec à Concionatoribus
catholicis legitimis sacra-
rum literarum argumentis
convincantur; quæ omnia
summum nobis animi dolo-
rem pepererunt; itaque
in rebus his afflictissimis,
non ad alium proximè post
Deum, quàm ad Principem
Defensorem, Patronum et
futurum Ordinarium no-
strum consilium, opem,
præsidiumque exspecturi
confugimus. Et cùm ex
hujusmodi inordinatis, vio-
lentis et vetitis Seditiosorum
institutis ac conatibus non
solùm omnes bonæ ac pi-

cœremoniæ, verùm etiam
cultui Dei, pax et tranquilli-
tas opprimantur, dissipen-
tur, et contemnantur, plebs
ad dilectionem mutuam non
excitetur, sed ita in nos ex-
acerbetur, ut quietam rerum
nostrarum possessionem
vix unum diem nobis polli-
ceri audeamus, neque in
hoc dispari rerum motu
et assiduâ novatione, quid
nobis sit agendum, et tan-
dem sperandum intelliga-
mus. Proinde Reve-
rendiss. Princeps Dein-
ploramus, Tibi supplica-
mus, ut Tuâ authoritate
nobis subveniat: moveat

Te

se hujus temporis atrocitas, moveant se pavida sollici-
tudines, et cura nostra, move-
ant se infesta vita discri-
mina, quibus quotidie, imo
singulis horis simplicitate
nemur, moveat se tandem
officii sui ratio, ut nobis
in his afflictionibus, mi-
seriis, et angustiis consi-
lio atque ope sua maturè
succurras, hoc agas, ut
retentis ritibus ac coere-
moniis temporum avitis
cum Senatu et plebe hujus
urbis in gratiam redeamus
pacisceque: ut hactenus
vivamus; quod si effeceris,
nos tibi devinctos, imo
de-

devinctissimos reddes, quo autem animo erga nos tis affectus, respondere cupimus.

Respondet Princeps:

Vestras afflictiones et avitarum caeremoniarum ritu, unque sacrorum interitum à Monasterienſibus illatum ingenti moerore animi tollerare cogor: neque enim nunc pro rerum mearum conditione certo consilio, neque pro rei dignitate, praesidio satis firmo vobis prodesse et succurrere possum. Itaque commune hoc malum ad breve tempus feramus, dabitur tamen s. Deo auspice, opera, ut Monasterienſes temere susceptа rebellio propediem re-

reprimatur, ut vos auctis afflictionibus sublatis in pristinum statum restituamini.

Ad superiores Senatus literas 28. Augusti missas in quibus de Imperialibus scriptis agitur, Princeps hoc die nempe 30. Augusti respondet.

Quod ad superiores nostras literas, quibus Imperialis mandati descriptum ad vos transmissum inclusimus, respondistis: nempe cives vestros sibi contra imperiale edictum nihil videri pro hoc egisse, quod concionatores ad se vocaverint, qui verbum Dei, non aliter, quàm imperatoria constitutio

tutio Wormatiæ edita ju-
beat jurè et sincerè populo
annunciaret. Et præterhæc
quàm frivolè, ineptè, inaniter
et sine legitimâ causâ jura
civilia, privilegiumque Ru-
pertianum simpliciter veritis
accepimus et intelleximus;
quod autem neque vos, neque
alii civitatis Monast: in-
cola Wormatiense decretum
confirmastis, non solùm ma-
nifestis et notissimis factis
vestris quotidiè declaratur
verùm etiam ex eodem Wor-
matiensi et aliis diversorum
conventuum decretis, et re-
cessibus, cum vestrâ novatio,
ne collatis manifestè de-
prehenditur. Nunquam

verò

verò vos, vestrosque cives ad
contemptum Cæsarei Decreti
et piæ admonitionis nostræ
in cæptâ rebellione ac se-
ditionis proposito tam
pertinaciter perseveraturos,
neque ad precatum vestræ cau-
sæ tutelam privilegium hu-
jus Diœcesis imploraturos
speraverimus, cùm tamen sub
petamus: / privilegii invo-
candi, in hac potissimum
causâ nulla sit occasio,
nullusque locus; proinde
aliter hæc vobis exponi dis-
et prudentius res vestras sin-
stituisse oportebat, quare
iterum atque iterum ad
satietatem usque his nostris

fori-

scriptis vos admonemus et
adhortamur, ut vos cum in-
colis vestris la sarea maje-
stati mandato pareatis,
quique nostris votis ac a-
micis monitis apud vos locu
relinquatis, ne Imperatori-
am in vos vestrosque oppi-
da nos indignationem pro-
voceris, atq; sic summo
discrimini vestra culpa in-
volvamini.

Monasterienses vero
nulla Principis monita,
quantumvis pia, et mas-
me jocunda accepta per-
tinacia et rebellione avo-
care potuerunt. Sed beni-
gnitate et clementia illius
non solum audaciores, in

in suâ novatione, verùm etiam urbis munitionibus frequenter per fractiones redduntur. Quæ res et Principem et omnium bonorum animos per totam Diœcesim acerrimè partim offenderat, partim iteratò lucrat, ut jam nihil ad futuram urbis eversionem præter cladis initium deesse videri possit, Ne tamen Princeps prorogatæ authoritate suâ, adversus civitatem quicquam acerbiùs decernere, eamque gravioribus incommodis, quam æquum sit affligere dicatur, omnia prius in deliberationem ac consultatio-

latio nem publicam totius Nobilitatis referre voluit. Huic proinde deliberationi dies 11. Septembris Selestadii constituitur. Est autem Billerbeca oppidulum Principis Monaster: S. Ludgeri Episcopi ac sui mortem indigniter celebratum. Quo cum Nobilitas convenisset, ibi tunc Princeps primum per orationem suum promptum erga se obsequium commemorando ipsam laudat, simulque quo vicissim animo, quave gratia erga ipsam affectus sit, declarat; indeque continuat

tinuat

tinuat: Nobilitas huc
convocata ex manifestis
et certis judiciis compertum
habet, quosdam concionato-
res in urbe Monasteriensi
hisce præteritis diebus gole-
bem imperitam et incau-
tam à veritate verbi Dei
abductam in posterum,
suas opiniones falsa suâ
doctrinâ præcipitasse,
cæremoniis antiquis ca-
tholicis ex multis jam
seculis inveteratis propriâ
authoritate abrogatis, no-
va edicto Cæsareo et
Comitiorum decretis re-
pugnantes substituisse,
et nisi maturo huic no-

vationi

pationi consilio et opere occur-
ratur, in multis oppidis, pa-
gisque eximiæ hujus Diœce-
sis errorem, factionem, dis-
cordiam, seditionem, inobe-
dientiam, subditorum pro-
fligationem bonorum, imo
quoque totius Nobilitatis
dissipationem cōtagione
quadam esse metuenda m.
Cum verò Nobilis et genero-
sus Franciscus à Sal-
ve ex divinâ dispensante
gratiâ in Principem
hujus Diœcesis postulatus
sit, sui muneris esse, inge-
nuè profitetur, hisce ma-
lis pro viribi suâ parte
mederi, quod scripsisse fa-
cere multis modis hu-

usque

usque tentavit, petens à Mo-
nast: ut concionatoribus
remotis ab omni novatione
sibi temperent, donec jolena
Diœcesis administrationem
consecutus fuerit, quo tempore
se ex æquo omnibus suis ita
prospecturum recepit, ne
quis jure queri possit; et
ut res majorem haberet
authoritatem descriptum
Imperatorii mandati novatio-
nem vetantis cum Architypo
eo collatum in urbem trans-
mittit, verùm hæc omnia
Monasterienses negligunt,
atque aspernantur, concio-
natores seditiosos retinent,
ecclesiasticos ritus usita-
tos tollunt, inusitatos sub-

stitu-

substituunt, ac sua jurisdicti-
onis metas transilientes Prin-
cipis jus invadunt, sibique
temere usurpant. Qua omni,
a Principe neutiquam sibi
ferenda esse putat, sed praesidio
divino atque amicorum suorum
fretus, tam impiam oppidano-
rum persuasionem et petu-
lantiam, quavis agendi libi-
dinem, quantum fieri potest,
et corporis sui, et facultatum
suarum periculo retundere
in animo habet, ut mandato
et viva voce, ut scriptis in
superioribus Ratisbonensi-
um comitiis serio ab Impera-
tore sibi commisso satisfiat.
Cùm autem haec oppidanorum
rebellio et protervia minime
re-

repressa, non solùm inferioris ordinis homines, verùm etiam eximiam hujus Diœcesis nobilitatem dissipatura, et in similem secum calamitatem pertractura sit, Princeps petit, imò orat, ut in vestrum et communem Diœcesis decus et emolumentum vigiletis, omnia rectiùs expendatis, Principem re et consilio in causâ tam piâ et honestâ juvetis, vos vestrosque liberos ab incommodo imminente vindicetis, ne oppidanorum rebellio, sedtio, impietas, et omnium flagitiorum libidines in vestrum exitium redundescant, et totam hanc Diœcesim nobilium virorum conspicuam semper in con-

contemptum et ludibrium
peregrinarum gentium, ac
tandem in exitium secum ra-
piant, sed in terrorem aliorum
mature eorum flagitia cöer-
cantur, ut haec regio pristi-
nam nominis celebritatem
integram, illaesam, et inconta-
minatam reservet, quam
ad posteros quoque vestros
transmittat. Quis precor
ex hoc personato oppidano-
rum religionis praetextu pur-
dus, quae peccata pietatis uti-
litas, ubi verbum Dei omnis
rebellionis proterva, et noxen-
di libidinis peristroma, ac
pallium callide construitur,
quo odium et invidia, inobe-
dientia et rebellio omnis ma-
gistratûs tam ecclesiastici,

quam

quam profani contemptus, dis-
sidium et seditio, cædes et
sanguinis effusio contegitur
ac velatur, unde tandem cer-
tissima Reipubl. clades ereptura
sit. Exemplo sint nobis cre-
bra aliarum Rerumpubl.
ex iisdem ferè causis superi-
oribus annis facta eversiones,
proinde hac in re, ea, quæ
christiana pietas, obedien-
tia, deus patria, ac tandem
vestra, liberorumque vestrorum
salus à vobis postulare vi-
dentur vos sponte vestra
acturos, Principes minimè
dubitat, pro quibus officiis
et meritis se vicissim gratiâ
relaturum non detrectabit.

Qua

Quæ autem horum à vobis exspectanda sint, Princeps sibi re-
spondere cupsit. Ad hæc Nobilitas respondet; Quamvis Prin-
ceps Oppidanos, qui nullis admonitionibus à pertinaci suâ
rebellione, et susceptâ religione et cœremoniarum inusitatâ no-
vatione ad meliorem mentem flecti potuerunt, sed studiosius
negotium suum urgentes se à reliquis hujus Diœcesis ordinibus
neglectis fidei, fœderisque publici legibus distraxerunt,
æquissimo quidem jure, acrius et acerbius adoriri posset, et
se tam re, quàm consilio in hac potissimum causâ Prin-
cipi devinctam fatetur, tamen hoc unum publicæ pacis gra-
tia

tia se efflagitare, ut Princeps
seuiorem illam in oppidanos
conceptam animadversionem
clementer ad tempus differat,
ne animis utrimque subita
irruptione exacerbatis, oppi-
dani multarum ciuitatum pra-
sidio, sub praetextu religionis
obfirmati, et munitione urbis
praefractiores redditi, totum
rerum omnem nobilitatem,
ac universam tandem Pisce-
nim in extremam cladem et
perpetuum exitium secum
pertrahant: ita enim irrita-
tos summa ianis et sacra pro-
fanis misturos esse, ut quam
plurimos plurimos temerita-
tis suae, suaque ruinae socios
habere queant. Ita eos sua
religi-

religione dementato esse, ut
prœcâ quæris perpeti maluit,
quàm eam deserere. Quare o-
mnia prius clementiâ tentan-
da esse, quàm illud admitten-
dum, unde eversio bonorum
sit metuenda, majorem bono-
rum virorum rationem ha-
bendam, quàm malorum, ca-
cania cum jactura tritici non
esse evellenda, malos interdum
ad tempus tolerandos, nedum
acioribus poenis, motuque
magno constringantur, inson-
tes eidem ruinæ involvantur.
Proinde ne Princeps oppi-
danorum insolentia et præ-
terita supra modum ex-
candescat, tempus, consilium
et

et poenæ rationem daturum, quæ sine bonorum incommodis vërcantur, Severò ne cessitate ita postulante hoc acturum: si ullis modis effici posit: explosis seditiosis concionatoribus et ceremoniis antiquioribus reductis, cum Principe in gratiam revertantur, si hæc minimè impetrari possit, se quocunque genere animadversionis, Princeps velit, conjunctis viribus ipsos persecutaram.

Hæc Nobilitatis responsio benignè à Principe excepta, vindicta procrastinationem oppidanis tribuit, donec extrema, quæ ad pacem reddendam pertinere visa sunt,

sunt, tententur, ne autem le-
vitate quadam hæc res diffi-
cilis, et molestiis plena agatur.
Delecti sunt octo viri graves,
nobiles, et authoritate apud
omnes ferè potentes, qui vice-
sis vicariis in consilio ad-
sint, quibus publica decernen-
di et statuendi potestas, ita
ab ordine equestri tribuitur,
ut quidquid decreverint, ratum
habeatur, quorum nomina
subsequuntur:

Joannes à Nünster Satra-
pa Steinfurdi,
Bernardus à Vesterholt,
Godefridus à Erbeyelich,
Caspar Smysinck,
Joannes ab Asbeck,
Joannes à Beuren,
Joannes à Nerveld Junior.
Henricus à Nerveld Satrapa.

Postquam Ordo Equester in Comitiis Bilerebecanis hos Viros, qua cum Monast: agerent, designasset, literas ad Senatum, plebemque Magistratum eodem die, nempe XI: Septembris in hæc verba mittit:

Cùm unanimi consilio à nobis decretum sit, ut nobis occupatis Vicariis hujus Diœcesis, aliisque eximiæ authoritatis Viri, à nobis ex equestri ordine designati, de rebus magnis, et ad salutem Diœcesis pertinentibus, vobiscum vestro nomine agerent, efflagitamus, itaque ut die Luna post festum Matthei ad horam octavam matutinam citra tergiversationem Wolbeckam veniatis audituri, consilii nostri rationem, et consulturi

turi porro cum Vicariis hujus Vicecesis, et dilectis nostris, superbis, quæ evidens rei necessitas postulaverit, unde pax et tranquillitas in Republ. constituatur et firmetur, nec dubitamus, cum vestra intersit, quin petitionibus nostris sitis libenter obsequuturi. Selecti quoque accepta ab Equestri ordine authoritate 18. Septembris ad Senatum, reliquosque urbis ordines in hunc modum scribunt:

Se non sine summo animi moerore, superioribus diebus accepisse, Principem ac Monasteriensis ob religionis et aerumnarum mutationem inimicum dissidere. Unde quorundam inquietudine gliscente

paul-

paullatim ea emergere possit,
nisi paucorum interventu
sapiantur: / qua non solum
utriusque contravertentibus, sed
et omnibus, qui in medio te-
nentur, exitio esse queant:
nihil enim Reipubl. perniti-
osius esse, quam si capita
ejus inter se dissentiant, qua
si utrinque nocendi studio
inflammati sint, in medio
retenta membra acerrime
premere, magnisque clad ibus
involvere. Ne igitur in tanta
periculi tota Diœcesis pro-
videtur, à militari ordine
sibi in negotii datum esse,
ut exitiale hoc dissidium
intercipiant, interceptum si
fieri possit, sine discrimine

huius

hujus patriæ sopiant, remore-
antque. Quod se eo libentius
facturos, receperunt, quia non
a unius, sed omnium Salutem,
et publicam pacem pertine-
ant, proinde se totius nobili-
tatis authoritate munitos, cu-
jus jussu et legatione fungan-
tur, civitates ordines rogare
et obsecrare ut propriæ salutis
memores ad diem 23. Septem-
bris suos legatos cum plenâ
authoritate Wolbecam mit-
tant; quod oppidulum unius
miliaris spatium Monaste-
rio abest: eam ibi rem in con-
sultationem deferendam, quo
ab omnibus factionibus, ac
intestinis motibus per vicesim
purgatura, et ad tranquilli-
tatem

tatem pristinam Dei auspicio
reductam, quàm diutissime
sit conservatura. Quod ad hunc
consilii diem neque Clerus pari-
mariis, neque religiorum oppi-
dorum consules de more voca-
tur, ratione non caret. nam
omnia, quæ Monaster: in eo
conventu sibi adversari somni-
asent, à Clero p: quem nomina-
ri non sunt passi: / perfecta
esse existimasset, unde Clerus
majorem sibi invidiam inter
oppidanos cumulasset, et cum
aliquot Dioecesis oppida tan-
dem novationem suscepissent,
eorum præsentia audaciores
et perfractiores redditi fuissent.
proinde præstabat eos abesse,
quorum præsentia in suscepto
negotio

negotio plus obfutura, quàm profutura visa est.

Cum autem legati Monasterii, ensium ad diem, loumque præstitutum venissent, et ad colloquium delectæ Nobilitatis admissi fuissent, ibi tunc Hyparchus, quem vulgò Marschalchum vocant, sic exordi-tur: Postquam Senatus, Tribuni plebis, Præfectique Mechanicorum, à Nobilitate familiariter per literas ad hunc cœtum sint vocati, et neuter Consulum præsens, sed peregrinus quis-piam et extraneus inter Legatos conspiciatur, Vicarios proinde hujus Vicecsis, ac à militari ordine ad hoc con-

silium

silium vocandum delectos, sibi
declarari velle, an eo animo
Monasterienses huc accesserint,
ut Nobilitatis legationem
benignè audiant; quo respon-
so impetrato latius sibi cogi-
tandum esse, quid fortè opus
sit. Semper enim majorum
consuetudine receptum fuisse,
ut conventibus, in quibus de
communi salute patriæ ac-
tum fuit, si non utrique,
alter saltem consulum inter-
sit. Ad hæc Sosvinus à Velmun-
do Monasteriensium orator,
cùm se pro extraneo et pere-
grino inter Imp. Legatos
consistere et haberi intelligat,
respondet: Se sui negotii
confi-

conficiendi causa ante diem ali-
quot Monasterium venisse, ibi
tum Senatum secum egisse, ut in
hoc conventu oratoris munus, ci-
vium que partes peragaret. Si vero
animadvertat, hoc negotium ad-
versus Principem, nobilitatem,
aut vicissim militare, se à Mo-
nasteriensibus quoque ad supe-
riorem Styparchi propositio-
nem respondent; Consules, cum
scripta nobilitatis adferentur,
in urbe non fuisse, Senatum
autem ipsis absentibus misisse,
unde responsum sit, alterum
in ancipitem incidisse morbum,
alterum respitantis equi lapsu
graviter laesum; proinde neu-
trum eorum ad constitutum
diem venire posse. Tribunos
vero

vero plebis, Praefectos Mechanicorum, reliquosque urbis legatos ideo suorum nomine jam adesse, ut benigne nobilitati commissa audiant.

Jubetur Hyppparchus Vicecomitis a diis gratiis, quod Monasterii literis Equestris ordinis, ad hoc consilium vocati non gratum adsint, exorditur, ac refert: Principem praeteritis hisce diebus totius Vicecomitis Equestrem ordinem Bilrebecam convocasse, atque ea, quae sequuntur, proposuisse:

Postquam in Praesulem Vicecomitis Monast: postulatus ac designatus fuisset, se certis judiciis, rerumque argumentis compeperisse, superiori

rioribus temporibus quosdam
ignotos ac leves homines, ac Luthe-
ranos concionatores in urbem
Monast: irrepsisse, populum
que sequacem suis concionibus
addictum censisse, et hujus
factione, consilio, atque præsi-
dio munitos sine ordinarii, le-
gitimique magistratus per-
missu, sed propriâ authoritate
raptos, parochialia templa
urbis inconsulte et inconside-
rate invasisse, pastores et sa-
cellanos legitimè constitutos
officio et concionandi munere
movisse, semet ipsos in locum
substituisse, concionibus suis
plurimas erroneas factiosas,
pestilentesque novationes et
opiniones in plebem imperi-
tam

tam et incautam sparsisse,
eamque ad omnem rebellionem
proteruiam, pervicatiamque
incitasse, odium et invidiam
in Presbyterorum potissimum
ordinem, et totius Cleri per-
nitiem auxisse, unde tam
civilis, quam ecclesiastici Ma-
gistratus contemptus metu-
endus sit, omnes pios catholi-
cos, ac inveteratos Ecclesiae
ritus, tranquillitatem, uni-
tatem, obedientiamque non
tantum turbasse, verum etiam
contra Imperatoris edictum,
Imperialiumque conventuum
decretum, et Sui ordinis Ma-
gistratus contemptum, seu
ludibrium mutasse, imo
prorsus sustulisse, Principem

vero

verò ubi hanc civium ab Ecclesiâ
secessionem, ac seditionem intra
moenia motam, summo cum ani-
mi moerore ac displicentiâ in-
tellexisset, in rem cæsarei decreti,
cujus executionem sibi esse com-
missam, Imperatoris Scriptis nobis
fidem fecit: ad Monast. sæpe
scripsisse, ac familiariter ipsos
admonuisse, ut à factiosâ suâ
seditione, ac vetitâ novatione
sibi temperent, concionatores
deserant, catholicam, avitam-
que religionem unanimes am-
plectentur, pacem et concordi-
am mutuam, donec reforma-
tione generali abusus tollantur
colant: his verò omnibus ne-
glectis, concionatores, cum e-
jusdem farinæ suo consortio

ac

ac seditiosa plebea factionis
colluvie in eandem rebellionem
perrexisse. Cæsareæ Majestatis
edictum, ac Principis familiares admonitiones, in ventos pro-
jecisse, penitusque contempsisse
omnes ecclesiasticos ritus, cultum,
que divinum, ac pietatis offici-
um populum inflammantem,
prorsus abrogasse, atque sus-
tulisse, eique hactenus pessimo
exemplo addictos, atque im-
mersos fuisse. Unde nihil
aliud tandem, quàm depop-
randa urbis facies, tran-
quillitatis publicæ diffi-
patio, obedientiæ neglectus,
Magistratûs oppressio, mi-
tua ac intestina cædes, san-
guinis cognati effusio, totius

Dioceſis

processis eversio certissima expectanda fet. Cum verò idem Princeps Monasteriensis in suâ impiâ factione, ac susceptâ rebellione pertinaciter perseverare, nullisque modis, quantumvis amicis emoliri posse animadvertisset, et ad se pertinere existimavit, omne incommodum divinâ ope, præsidioque suorum præportere, et à subditis suis arcere, cives excitatæ rebellionis nomine legitimis poenis et repagulis ita coërcere, et constringere, ne impunitate diuturnâ, magis, magisque insolescant, atque suâ contagione, quod sæpe fieri solet: plures secum, in eandem miseriam præcipites agant, sedut pax solita

politica, religionis unitas, et obedi-
entia erga Magistratum, remota
omni rebellione, ac dispari cultu
urbi reddatur, reddita quæ ad
diutissimè conservetur, quæ in re
Princeps consilium, præsidium,
que à nobis serio petivit. Sequi-
ster autem ordo super hac re deli-
berat, atque maturâ consultatio-
ne accuratius expendit, hanc
Nonas temere susceptam no-
vationem, non solùm civibus, et
urbi, verum etiam toti Dioceſi
insignem mutationem, et cladem
illaturam, unde tandem hæc urbs
dissolutis, ruptisque concordiæ
vinculis, quibus Principi, reli-
quisque hujus Diœceſis ordini-
bus semper per Gratiam Dei fœ-
liciter fuit devincta, in perpetu-
um

um exitium struitura, secumq3
in eandem miseriam quamplurimos insontes precipitatura, quibus periculis & malis nobilitas, reliquique subjectis ordines exactissima cura, summoque studio obviam ire, quantum fieri potest, ea impedire, non detrectabunt. Proinde ordinem equestrem familiariter consulere, ut Senatus, Tribuni plebis, Mechanicorumque Prefecti ac tota denique Respublica cum optima omni parte secum deliberent, accurate hanc causam volvant suam, ac Reipubl. Salutem, justa ac interitum pensitent, casarea Majestatis edicto ac mandato Principis greenostri scriptis, & crebris admonitionibus

pare,

pareant, concionatores deserant, omnes inusitatos ritus et nova-tiones propriâ authoritate inve-cta, averrentur. cæremonias vero veteres jam antiquatas, pristi-numque templorum cultum in priorem dignitatis et æstima-tionis locum reponant, nec non pœnam rebellionis, imperatorii edicti transgressione promeri-tam, liberter sibi irrogare per-mittant. Si hoc à Monasteri-ensibus impetrari possit, Prin-cipem sine dubio non admoni-tum, sed suâ sponte pro in-natâ suâ clementiâ effectu-rum, ut si intra mœnia, reli-gionis et cæremoniarum causâ, ullus abusus, ullus motus, ullave controversia, inter

Eccle-

Ecclesiasticum et profanum ordinem existat, eam maturo consilio, ac ope suorum tollat, ac optatam tranquillitatem, bonis aquisre conditionibus restituat, atque ita Princeps, civitas, ejusq; incola, totaque Diœcesis in mutuâ concordiâ, et christianâ religione, ut hactenus, quàm diutissimè inter se vivant. Quâ in re, si equester ordo consilio, et ope apud Principem, reliquosque ordines quicquam valebit, se nullis laboribus, nullisque vigiliis ad dissordiam profligandam, pacemque reddendam urbi defuturum. Si verò Monasterienses cæsareum edictum, Principis tam

tam crebas, amicasque admoni-
tiones, atque Equestris ordinis pro-
pensum favorem, et salutaria
consilia non agnoscant, sed in
sua pertinacia, impietate, teme-
raria presumptione et disper-
tiendi studio pergant; quod
minime speratur: Equestrem
ordinem totius Diœcesis suum
Principem consilio, re, et ope
non deserturum, sed eidem
conjunctis viribus adhæsurum,
ut civitas et sola hæc regio
ab indignatione et pœna im-
perali eximatur. Quid autem
eorum facturi sint, serio et
consulto Equester ordo sibi re-
sponderi cupit.

Cum Hyssparchus finem
dicendi fecisset, oppidanorum

Legati

Legati, deliberatione habitâ, re-
spondent: Se pro isto officio, favore,
et singulari benevolentiâ Reipubl.
Monasb. in amorendis inimmo-
dis prasitis equestri ordini im-
mortales agere gratias. Verùm
jicariis atque à Nobilitate ad
praesentes causæ controversiam
dirimendam delectos, eâ, quâ
polleant prudentiâ, facilè posse
apud semetipsos expendere
in Legatorum potestate non
esse situm, maximè cum publi-
câ authoritate non sint muniti,
ut oppidani factiosam suam
rebellionem, novarumque rerum
molitionem averssentur, et de-
ponant, sed oportere secca, quæ
sibi sint proposita, certâ quo-
dem dissidii componendi spe
et

et fiducia: ac Consilium totius
civitatis deferre. Quā in re con-
silio nobilitatis sibi maxime
opus esse, quo ne sibi deesse velint,
precantur, ut plebeorum rebellio,
cui omnes boni semper restite-
rint, cujus non Magistratus,
sed plebs author fuerit, pra-ci-
datur, atque eradicetur.
Quare ad deliberandum o-
mnibus urbis ordinibus XIV.
dies sibi dari postulant.

Ad quæ Vicarii de-
lectaque Nobilitas respondet
pœnes se non esse, ut tantùm
consilii capiendi ipsis conce-
dant spatium, neque se ullo
modo audere Commissionis
limites excedere, cùm serio
atque publicè sibi sit man-
datum, ut constantem atque
im-

immutabilem sententiam ab oppidanorum legatis sine pro-
crastinatione poscant. Quæ res, quamvis mutationem pro-
fatam admittere non possit, tamen se unum diem ad delibe-
randum cum suis, ipsis daturos. Si verò Monasterij propositis pa-
rere et obsequi velint, se neque consilio, neque ope ipsis defu-
turos, ut urbs, nobilitas, reliquique Principis ordines in tran-
quillitate et bonâ pace, ut hucusque, devincti maneant.
Monasterij autem in superiori ad deliberandum dilatione sibi
datâ perseverant. Quamvis Vicarii, delectaque Nobilitas
equestris mandata, nec non scripta Principis proferrent,

quibus

quibus per breve spatium, de liberandum Monasterie concedendum docerent, illi tamen ea adversa religionis et ceremoniarum novationem civium animos obsedisse, ac in iisdem radices egisse, querentur. Se igitur iterum atque iterum efflagitare, ut tempus petitum clementer sibi donent, se pro viribus in pacis recuperandæ studio laboraturos.

Tandem vix biduum eâ conditione datur, ut intra hoc tempus equestri ordini, quid facturi sint, serio respondeant, ne Princeps forte &c. Si serius responderint &c. indignationem adversus civitatem rebellionis nomine concepstam acrius sevomat, quod equester ordo Summis

conatibus impedire audeat. Illis
verò cùm coepta seditio tam cito
minimè componi posse à 14
dierum spatio dando non rece-
dunt. Si enim subito civium
conatus reprimerentur, senatum
utpote innoxium extrema sibi
metuere, cum subita mutatio
Reipublicæ semper fuerit periu-
losa, neque tanquam sine ma-
gno motu sit admissa, ne itaque
multarum civium videantur
authores, se obsecrare, ut à pru-
dentiâ, quâ præditi sunt, hanc
rem penitus ad animum revo-
cent, et exactius secum expen-
dant, neque sibi tantillum
temporis ad deliberandum de-
negent, se intra illud tempus
Garbecam, aut ad alium quem-
vis locum sibi abequestri

ordi-

ordine præfigendum certum re-
sponsum reportaturum. Ubi
autem Sicarii, delectaque Nobi-
litas tempus ultro biduum pro-
rogari non vellent, neque aude-
rent, Legati Monasio respondent:
cum tanta urbis seditio et mo-
tus nullo possit modo subito
componi, et sibi supplicibus
tantillum ad deliberandum
temporis præfracti denegen-
tur. Si proinde præter spem
malè res evenerit, Sicarii et
Nobilitas hujus diei essent
memores, quo et privilegium
Dioecesis invocaverint, et 24.
dies saltem ad deliberandum
in re non tam arduâ, qua de
innocentium vitâ et salute
agitur, supplices petiverint.
Ad hæc Sicarii penes se non
esse

ese tempus prorogare. Quod re-
so invocent patriæ privilegium,
in hac causâ non habere, neque
ad præsens negotium pose tor-
queri; Si tamen omnia, quæ
ab ipsis in medium sint ad unâ,
tenaci memoriâ infixuros, ne
olim occasione postulante exci-
disse videantur, Si quoque è di-
verso petere, ut ipsi, si monita
salubria, et pacificâ militaris
ordinis consilia neglexerint,
officii, benevolentiæ, Si favoris
contra patriæ privilegium excusi
remittantur, Sibi legati 14. dies
dimpetrare non possent, ne
animi utrimque exasperentur,
octo tantum dies sibi dari pos-
cunt, intra quos nomine Reip:
Monasb. Si aliquid certi respon-
surus

juros

suos recipiunt. Sicarii igitur
et Nobilitas post brevem delibe-
rationem, cum sperent, Brinii
pem non indigne laturum, ut
omnis contentio et futura clades
calamitas arcetur, octo dies con-
cedunt, eâ quidem lege, ut No-
nast: militaris ordinis monita
et consilia sequatur, sin minus
favoris sibi et impensi sint
memores. Inde omnibus, quæ
gesta erant, in actis relatis, et
accurate utrimque conscriptis,
soluto consilio digrediuntur.
Monasterienses post redi-
tum in urbem Rotmanno
exemplum actorum in formam
instructionis descriptum
exhibent. Dum ipsi de re-
sponso dando privatim ac
publice deliberant, et consul-
tant

tant, ibi tunc Lotmannus 25. Septembris ea, quæ ad Superiores Stipparibi propositiones concepérat, eromit, ad Senatui, Tribunis, ac Mechanicorum præsidibus congregatis eo animo offert, ut ea pro suo responso in futuris Comitiis equestro ordini referat, quasi Senatus alieno consilio ad Lotmanno logo vel alio opus habeat.

Exemplum Rotmannica responsionis.

Ad instructionem Vicariorum ad equestris ordinis Diœcesis Monast. Legatis civitatis 25. Septembris Wolbeca propositam responsio.

Principi ac Selectis ex equestri ordine gratia agentur pro fideli

admo-

admonitione, oblatoque favore, et consolatoriâ officii sui pollicitatione, qua Respubl. Nonn. clamp non afferantur: / meliori causa et privilegiorum suorum ratione, sibi non defore existimat. Cum autem certum responsum ab equestri ordine in comitiis Wolbeck censibus superioribus petitum sit, hoc benigne et cum judicio excipitur.

Ad primam itaque propositionem, quæ habet, postulatum Præsulem certis judiciis comperisse, quosdam ignotos et leves socios ac Lutheranos concionatores in urbem irrepsisse, populum sibi addictum fecisse, ejusque præsidio exclusâ ordinarii Magistratûs authoritate

tate templa urbis invasisse, pa-
stores legitimos deturbasse, impia
ac seditiosa docuisse, etsi Re-
spondemus: si quisquam in cau-
sâ religionis, quod impium, ac à
vero officio alienum sit, introdu-
ctum fuerit, de quo jure quisquam
quæri possit, non à nobis, neque
plebeo ordine, sed à concionatori-
bus orbium esse, qui se mola qui-
dem animi viratione doctri-
na sua, se contra quemcunque
summo etiam jure defensuros,
recipiunt. Si igitur quisquam
sit, qui se contra eosdem, vel ci-
ves nostros quisquam accusatio-
nis habere potuerit, huic forum
et tribunal nostra urbis non
præcludemus: sed quod pro no-
stro tribunali justum fuerit,

fieri

fieri permittimus, ne privilegia ac regalia hujus nostræ Reipubl. violentur.

Secundò ad id, quod præcipitur, nos Imperatore jubente per Principis nostri Scripta admonitos esse, ut impiam, seditiosam, et vetitam doctrinam pulsis concionatoribus aversaremur, sed in contemptum et ludibrium cæsarei decreti, et benignæ admonitionis Principis nostri, nos in eadem rebellione motos perstitisse respondemus.

Si quisquam concionatores aut cives nostros in culpam vocaverit, quam legitimis rationibus à se removere non possint, aut si ea, quæ nobis objiciuntur, ut æquum est, probaverit, non

solùm

solum ab instituto nostra recede-
mus, concionatoresque removebimus:
verùm etiam sceleris et flagitii
conjunctos dignis supplicijs perse-
quemur: quod enim impium, in-
justum, et falsum est, semper a-
versati sumus, quod verò pium,
justum et verum est, prosecuti
sumus. Itaque ad parochos et
reliquos ecclesiasticos ordines dela-
ta, ut si quid adversus concio-
torum doctrinam se habere exi-
stimaverint, in lucem proferant,
Si nemo prodit, Scripsimusque
que ad Principem nostrum
supplices petentes, controver-
siam hanc aquis arbitris di-
judicandam committat, ut ju-
stioris causa patroni prodan-
tur. Cùm enim plebs ea vera

esse

esse certo. Sibi persuadeat, quo
à concionatoribus suis accepit,
quia etiam se defensuros recepe-
runt, ut nemo parochorum, a-
nimarumque nostrarum cura-
tores, vel quisquam alius soli-
dioribus sacrarum literarum
argumentis ea expugnat, dis-
sicile imo impossibile est, ple-
bem à veritate detrahere.

Tertiò cùm objectum sit no-
bis cultum Dei, omnesque lau-
dabiles ceremonias, è paroe-
cialibus templis prorsus subla-
tas, & extinctas esse. Cogit nos
proinde necessitas, ut quibus
modis quidque actum sit, an-
notemus.

Accidit, ut Magistratus Mon.
petente plebe: quæ nunc quo-
tidie

tidie sacris literis edocta veri
Dei cognitionem consequitur: /
ut omnis controversia inter Cle-
siasticum et profanum ordinem /.
cum hic ita, alius verò aliter
concionatur: / tollatur, parochis,
Sacellanisque nunciaret, ut ver-
bum Dei sine falsi admixtione
docerent, et à falso sibi tempe-
rarent, ubi verò ille se abusus
nescire profiterentur, concio-
tores omnes conscriptos nobis ob-
tulerunt; convocavimus itaque
nostros pastores, et animarum
curatores, quibus eos proposu-
imus, ut aut ipsos argumentis
expugnarent, aut à suis coer-
monüs, si impia sunt, sibi tem-

pera

perarent. Verùm in hunc usque diem adversus abusus à concionatoribus congestos, nihil adductum est; sed suasiones monias interdicere potuisti, atque emori jubet sunt. Nos autem omnia ferre potuimus, quæ à veræ pietate non sunt aliena; verùm cùm neque clerus noster, neque quisquam ejus nomine sua tueri, et concionatorum scripta confutare queat, aut velit, nullâ ratione plebem ad antiquos templorum ritus revocare possumus, antequam eorum usus comprobetur, et concionatorum doctrina legitimis argumentis convicta

fuerit,

fuerit, vobis in hac re / uti alias
semper / libenter parebimus, ef-
flagitamusitaque: ut vicarii
et totius militaris ordo hoc a-
pud Principem agat, ut præ-
sidio omnium ordinum hujus
Diœcesis, nostrisque impensis
et sumptibus / cùm omnium
Diœcesanorum interest, sicut
Hyppparchus / proposuit: / vi-
ros doctos, et authoritate pol-
lentes aliunde accersat, qui-
bus judicium, censuraque
utrimque committatur, quorum
si decreto concionatores erraſſe,
impiaque docuiſſe cognitum
fuerit, ad commeritas pœnas
vocentur, Quamdiu enim
nemo

nemo prodit, qui eos erroris ar-
guere audeat, nullam relegandi
concionatores occasionem, præ-
ter solam vim adducere possu-
mus. Ne autem Sicarii delecti,
et totius militaris ordo intelli-
gat, nos cum tota Reipubl.
hujus urbis, veritatis atque æ-
quitatis Studiosos esse, ut nihil
rebellionis adversus quem-
quam moliri præcipimus, con-
cionatoribus ut ad tempus
concionibus se abstineant, si
interea temporis à quoquam
ostensum fuerit, doctrinam
illorum esse impiam, legiti-
mam pœnam non effugient,
si quoque Princeps interim
religio-

religionis materiem in pium, et
christianum ordinem degesserit,
cum perquam libenter ut ultro
amplectemur. Lotmannus
hanc Scripturam Senatûs no-
mine sine mandato, tamen â
se consultam Vicario et mili-
tari ordini, pro responsione
dandâ, censuit. Senatus vero
ne â Lotmanni consiliis et
suggestionibus pendeat, neve
scriptis illius pathetici is, iro-
niâ plenis, quæ concionatorum
causa patrocinari videantur,
militarem ordinem offendat,
ista supprimit, et legatis quid
quid Reipubl: nomine respon-
den-

dendum sit, deliberatè committit, qui die octavo sibi prastituto, qui fuit 30. Septembris Wolbe, cam responsuri revertuntur. ubi Gerardum Recke equitem auratum, Gerhardum Korrien Hyparchum, Arnoldum de Haeffelt, Godefridum à Schedelich, Bernhardum à Dr Bisterfelt, nobiles, et M. Eberhardum Alium grammateum congregatos reperiunt, qui se Comitis Bonthemensis, et reliqua absentis nobilitatis authoritatem habere profitentur, quibus legationem suam Korpacto renunciant.

Se

Sed 23. Septembris militaribus,
diuis Wolbeca coacti petita, ad
concionatores urbis, et ritus tem-
plorum potissimùm pertinentia,
et viva voce et scriptis compra-
hensa accepisse, Senatui, Tribu-
nis, Mechanicorumque Ma-
gistris, omnibusque civitatis
ordinibus, quorum intererat,
proposuisse, et cùm sibi post
multas preces, et supplices
obsecrationes à Vicariis et de-
lectâ nobilitate ad respondem-
dum octo tantùm dies summâ
cum difficultate vix sunt
concessi, proinde temporis
sibi dati habitâ ratione

Singu-

singulis diebus se multum interemisisse laborem, monendo, petendo, rogando nunc plebem, nunc capita ejus, à quibus plebs maximè pendet, se indicesse de restituendis templorum ceremoniis, et removendis novis concionatoribus certum responsum expectasse, verùm usque adhuc impetrare non potuisse; ideo in suâ potestate non esse, aliquid certi civitatis nomine ad ea, quæ proposita sint, respondere, se proinde Vicarios, delectâque nobilitatem rogare, ut periculiosi laboris in mitigando plebis furore à se impendi memores, de se nihil mali suspicentur, et innocentiæ suæ causam

apud

apud Principem sedulò agant,
et cùm Clerus Dotmanni articu-
los doctorum virorum præsidio
antilogiam sit consecutus, Prin-
cepsq causam hanc aquis judici-
bus dirimendam committat, ut
concionatores erroris convicti sa-
cris literis acquiescant. Quod
si hoc impetratum fuerit, dubi-
um non ese, quin plebs aliter
edocta, avitam religionem
restaurari facilè patiatur.
Si verò Principis quod mini-
mè speratur animus ad hanc rem
flecti non possit, se planè con-
fidere, Principem ejus industri-
æ ese, humanitatis et æquitatis,
ut Monast. Reipubl. Senatum,
Tribunos, et Mechanicorum Ma-
gistros minimè adeà, quæ ab
illis

illi se ffii non queant, rigide
cogat, et compellat: se quoque
juris ordinarii et cæsarei man-
dati Ratisbona d. Augusti a-
diti et Monast. d. Septembris
ac in aliis Imperii civitatibus
diversis temporum intervallis
publicati auxilium implo-
rare, contra quæ omnia neque
Senatum, neque civium aliquem
prægravari, et indignis modis
affligi, merito posse, sperent.

Ad quæ nobilitas se
hanc rem, uti gesta sit, ad Sun-
cipsem perferre velle respondet.

Est autem cæsarei mandati,
cujus supra sit mentio, hæc
summa: Cum per im-
perium fidei et religionis
nomine multæ seditiones,
ac

ac varia discrimina conspici-
antur exorta, unde asperrimi
motus, dissidia, bella, ac tandem
totius Germaniæ pernicies, nisi maturo
consilio occurratur: quæ res, cui
ria, et miseranda eversio metu-
enda sit, maxime hoc tempore,
quo Turca ea expeditione in
Ungariam, Austriam, reliquas-
que Germaniæ provincias me-
ditatur, proinde ut Germaniæ
tranquillitati consulatur, Caro-
lus Quintus Imperator, publicam
pacem servandam præcepit; quâ
vult ne quis fidei, aut religioni,
aut cujuscunque rei causâ, sive
prætextu alium armis, depra-
dationibus, rapinis, incendiis,
et captivitatibus persequatur,
invadat, et violenter opprimat,
neque

neque per se, neque per alium quemlibet, neque quispiam horum transgressorum receptor sit, donec vel in concilio œcumenico, vel comitiis Principum religionis controversia componatur.

Knipperdollingusquoque et quidam alii sua factioni, cùm se ab Episcopo prægraviari existimarent, querelam nomine Senatûs, et totius Reipublicæ Mons: Senatu tamen non authore, sed insciis omnibus ad judicium Cameræ Imperialis deferunt, mandatumque contra Episcopum et Clerum sibi, ut putabant, profuturum 23. Septembris emendicant, et impetrant, cujus hæc est sententia:

Con-

Consules, Senatum &c.
tamque Rempublicam civitatis
Monast: moestis querelis ju-
dicio Camerae explicuisse, quod
superioribus temporibus inter se,
et Clerum secundarium sine
Episcopi interventu ita conve-
neret, ut quaedam intollerabiles
coeremoniae abrogantur, et verbum
Dei pure, et sine ullâ humana-
rum constitutionum appendi-
ce populo annunciaretur, si-
cut in Nurenbergensibus comi-
tiis optimâ ratione cautum
sit, neque quemquam sive
ecclesiastici, sive profani or-
dinis sit, suis rebus prater me-
ritum spoliare licere, Episco-
pum tamen suggestione et
im-

impulsu ſ. ùt ſuſpicio ſit, ſpiri-
marii Cleri inſtitatum, fre-
quentibus, et minarum pleni
ſcriptis, oppidanos terruiſſe,
imò quoſdam captos abdu-
xiſſe, aliaque egiſſe, quæ in-
ſignem ſeditionem, et ſan-
guinis humani effuſionem,
niſi ratione et conſilio oc-
curſum fuiſſet, jam dudum
peperiſſent, et quod acerbiùs
ſit, per canonicos hujus ma-
li authores, verſutis et
ſubdulis ſuis machinatio-
nibus ipſos oppidanos jam
in dadem præcipitatos
fuiſſe, niſi Scelus conce-
ptum divinâ diſpoſitione
repreſſum fuiſſet, et cùm iidem
oppi-

oppidani seditionem, calami-
tatem, et interitum Reipubl.
sua libenter evitare cuperent,
ipsos jura publica Imperii
implorasse, et mandatum con-
tra Principem ac Clerum
primarium impetrasse, quo
Imperator praecipiat, ne Con-
sulibus, Senatui, et Reipubl.
Mon. Subditisque cuiusvis quo-
vis delicti praetextu vim ullam
inferant, alioqui ipsos invio-
lata pacis poena, et Imperii
indignationem incasuros.

Hoc mandatum Ber-
nardus Knipperdollingus
in praesentia Petri Ncenstedt,
Hermanni Kramven, Ber-
nardi

nardi Bortorpen, Ludgeri Nom-
men, ac Henrici Hantii delecto-
rum ex plebeo ordine tribunis tra-
dit, ut illud nomine omnium lu-
ctiarum ad Senatum Episcopo, Ce-
sorque primario denunciandum
deferrent, ubi verò Senatûs man-
datum legissent, ea cautionem ejus
recipere recusarit: nam neque
Consulibus, qui excludebant, neque
Senatoribus, sed paucis authori-
bus impetratum fuerat, remit-
titur itaque per eosdem tribu-
nos Knipperdollingo, ut ipse
eo pro suo arbitrio utatur.

Cùm Princeps diutius sibi
ab oppidanis illudi non pate-
retur, Satrapis atque praefectis
suis per vicesim Monasterii
ensium bona arrestari mandat,
eorum

eorum maxime, quos seditionis
capita esse intellexit. Illi man-
dato parentes Casparis Isaac-
feld, ~~abiit~~ aliorumque civium boves
Coloniam abigendos circa 8. di-
em Octobris Werna intercipi-
unt, ac interceptos praetoris au-
thoritate et decreto interpositio
detinent; Est autem Werna
oppidum Dioecesis Monast.
quod Monasterio quatuor mil-
aribus abest. Inde die 9. octob.
Princeps ad Senatum, Tribunos
ac Mechanicorum Praefectos
haec verba scribit:

Familiares quidem admo-
nitiones nostras, planeque pa-
ternas, vestramque salutem,
et patriae totius incolumitatem
pluris vos facturos fuisse, quàm
teme-

temeraria vestra Studia, arbitrati
sumus: neque in ludibrium no-
minis nostri, et contemptum obe-
dientiæ, quam nobis, ut Magi-
stratui vestro, debetis factiosæ
novationis urbi vestræ invectæ,
ac concionatorum omni turba-
næ Seditionis authorum vos
tam studiosos, imo tam per-
fractos patronos ac propugna-
tores fuisse speravimus. Ubi
verò diversum experti sumus
optimâ ratione Imperatorio
Edicto jubente: cujus exem-
plum vobis transmisimus: in
adversus vos, reliquosque urbis
Monasteriensis incolas, jam
dudum severius, et acrius sum-
mo jure nobis agere licuisset,
quod tamen usque adhuc clementer

vobis

vobis indulsimus, eâ profectò
spe, ut publicæ salutis memores
temerè profligata revocaretis, et
concionatores stulte admissos a-
moveretis, ne cæsarem nobis,
nostraque sic cessi indignatio-
nem, pœnamque Imperii cu-
mularemus. Sed cùm neutrum
horum à vobis impetrari potue-
rit, bona quorundam civium,
qui seditionis negotium maxi-
mè curarunt, arrestari ipsi-
mus, contra quod jus nostrum,
Prætoris tamen authoritate
interpositâ persequi decrevimus.
Serio itaque his scriptis vos admo-
nemus, ut ipsi sic defensioni,
ac custodiæ vestræ subjiciantur,
ne juri nostro, et pœnæ comme-

rita

vita subtrahantur, alioqui non
praesidio Dei, omniumque ordinum
totius Dioecesis freti, contra vos
metipsos, quid jus, decretumque
caesareum expostulaverit, exper-
iemur. Si autem vestrum quis,
jam innocens fuerit, aut per-
casus rebellionis, ad obedienti-
am reverti maluerit, et illius
nomen per vos innotuerit, eodem
modo erga illum affecti sumus,
quo erga nosmetipsos, neque is
benevolentiâ et gratiâ nostrâ
destituetur, quid horum in a-
nimo habeatis, responderi cu-
pimus.

Cum rumor Ricinau-
spicatus de ereptis avium bobus
increbuisset, dici non potest,
quam horrendis seditionorum
fud-

fulminibus urbs tota in principio furoris, ita uti fit, pertrepuerit. Illi maledictis et imprecationibus vani ipsum Episcopum insectantur, hi Tyrannum, illi suorum oppressorem vocant, hi famelicum Comitem quamvis corpore obesum, appellant, illi indignum Magistratu perferantur, hi insipientiae et improvidentiae ipsum arguunt, quod urbem tam munitam lacessere audeat, illi omnis mali causam in Clerum conjiciunt, cujus instinctu omnia mala fiant, hi bovesmanu reposcendos, illi Principem ipsum quaerendum consulunt, et nisi de reditu in urbem desperassent, acceus furor in-

ulta

ulta daasiset, hi malorum ini-
tio territi, intra se de futuris pol-
liciti gemunt, illi, qui totam
pene substantiam suam in
borum emptionem transfude-
rant, suis adhuc pascentibus
bobus metuunt, hi nocturno
tempore praedis clanculum
eraptos, per longas viarum
ambages sollicite abigunt,
illi vero in manus Praefecto-
rum Episcopi incauti inci-
dunt. Cum haec agantur
cives, qui borum jacturam
facerent per vim atque injus-
riam sibi sua ab Episcopa-
libus praefectis ablata Sena-
tui quaeruntur, ideoque Senatus
Principi pro reddendis bobus
11. octobris in hunc modum
scribens

Scribens supplicat.

Quosdam â civium suorum numero, qui boves suos vendendi causâ Coloniam acturi erant, querulâ voce Senatui commorâsse, eosdem suos boves ab Episcopi Satrapis atque Praefectis, in hac sive, cesi arresto interceptos detineri, et se causam, cur haec facta sint, ignorare, cùm neque debito, neque fidejussione, ne ullâ ipsis sint obstricti; proinde Senatum hisce querimoniis ad Scribendum commotum, hanc rem Principi per literas significare, simulque orare, ut cùm haec bona diutina detentione

per

per se vilescant, Satrapa Prin-
cipis imperio boves carceribus
solutis, civibus restituant, et
ab omni injustâ civicarum
rerum apprehensione et de-
tentione imposterum sibi tem-
perent; Si verò Princeps, Ca-
pitulum, Nobilitas, totaque
Mons. Dioecesis ea, quæ ju-
sta sunt, neque privilegio
Dioecesis repugnent, sibi su-
isque civibus imposuerint,
se non indignè laturos. Qui
autem hujus Supplicationis
fructus civibus sit speran-
dus, responsum à Princi-
pe se postulare.

Eadem ferè Senatus Secano
et Capitulo primario scribit,
peten-

petent, ut despoliatorum iniuriam causam apud Principem ex fide agant, et soluto arresto, ci, ves sine incommodo, et metu ne, gotiationibus suis vacent, si vero Princeps, vel quispiam alius, adversus se, civesque suos quic, quam habere putaverint, jure agant.

Princeps scriptis ad se missis 12. Octobris respon, det; se aliquoties summâ gratiâ et benevolentiâ ductum Monast. Scripsisse, atque ab iisdem familiariter petiisse, ut impias, factiosas, atque seditiosas innovationes adversus cæsareum edictum, et Impe, rii decretum, nec non in contemptum clerici, quàm profani

profani Magistratus, temere
admissas profligarent, et ad
pristinam religionem, viven-
digue concordiam reverteren-
tur, sicut et pari Studio et
curâ nomine omnium ordinum
totius Dioeceseos, Quaester ordo
ipsos admonere, atque orare
non destiterit, sed omnes hos
labores, sine ullo fructu esse
exantlatos, omnia in ventos
ab ipsis excubia, nullis ad-
monitionibus, nullisque preci-
bus ipsos potuisse flecti. Se
itaque imperatorio mandato,
et edicto adversus Monast.
maxime novationis authores,
illorumque bona, jam diu
in retundendâ illorum perti-
naciâ, et seditione acerbiùs

progredi, et eodem quidem mo,
do ipsorum conatus vetito re,
primere, quo ipsi eos surgere
aude sint, justissimam habu,
ere causam, sicut superioribus
literis significaverit, quod ta,
men in gratiam illorum hu
usque distulerit, nunc vero
re ita exigente, cùm tumul,
tuandi finem faciant nullum,
se necessariò ad hanc juris vi,
am confugisse, cui etiam
deinceps sibi insistendum
putet. Et cùm Monast. non
solùm adversus privilegium
Patriæ, verum etiam Cæsare,
um edictum, Cæsareumque
constitutiones, ac omnes Ma,
gistratus seditiosum schis,

ma

ma inire coeperint, idem tue-
antur, ac intra moenia sua
in hodiernum diem praefecto
usurpent, frustra praeter rati-
onem juris, et privilegii pra-
sidium ipsos implorare, neque
ipsam implorationem apud
se habiturum eorum: cùm
enim juris auxilio dignum
esse, qui idem illud violaverit,
se nullius conspectum effu-
giturum, se facti sui coram
quibusvis Imperii Primipi-
bus, aliisve recte sentienti-
bus palam rationem red-
diturum, proinde iterum
uti saepius: se ipsos monere
et exhortari, ut propria,
totiusque provinciae memores,

ea sareo

caesareo edicto, suisque ad-
monitionibus creberrimis pa-
reant, concionatoribus Seditio-
osis profligatis ecclesiastica
coeremonias, omnemque tem-
plorum cultum, in priorem
dignitatis locum restituant,
et incolas Seditionis reos ita
custodiae suae coërceant, ne
juri et poenae transgressionis
subtrahantur, sed convicti noxae
dedantur. Si vero sibi hoc
uti hactenus denegatum fu-
erit, se Monasb. Seditiosam,
Schismaticam, et impiam
molitionem praesidio Omni-
potentis, et aliorum Princi-
pum et amicorum suorum
opibus adjutum, jure repra-

suum

surum, donec seditionis pertoe, si quiescant, et cæsareo edicto pareant, atque hoc pro petito responso habeant.

Respondet quoque Henricus Haske Decanus capituli primarii, se scripta Senatûs de bobus quorundam civium à præfectis, et Satrapis Serenissimi arresto interceptis accepisse. Cum autem Schonebecce unam tantùm è Capitulo personam referat, nec penes se solùm decernendi authoritatem sine alio rum suffragiis esse sciat. Se itaque aliorum Dominorum in proximis loci habitantium sententias exquisiturum, et quicquid

ab

ab illis decretum fuerit, se pro
benigno responso redditurum.
Vale Schonebecke die Saturni
post Visconis et Victoris.

Secanus cum paucis nobili-
bus Canonicis, consilio habito,
Principi pro spoliatis civibus
eodem die supplicat, Princeps
verò, Senatui arresti solutione,
eorumque restitutionem petenti,
se respondisse scribit, cujus ex-
emplum literis suis ad Capi-
tulum missis involvit, nec pro
temporis ratione illud muta-
dum jam esse censet.
Hoc Principis responsum Ius
Secanus Senatui 14 Octobris
transmittit, ut quo studio et
diligentia Leipo: Monast: cau-
sa apud Principem sit acta,

co-

cognoscat

Scripsit et Princeps

12. eadem propemodum ad singulas Mechanicorum classes, seu curias, quæ ad Senatum, eos nunc admonent, nunc obsecrant, ne se suosque liberos impio scelmate pollutos in perniciem ultro præcipitent, propriâ authoritate introducta seditionis rabiem, eadem authoritate urbe ejiciant, tranquillitatemque amplexentur: pacem mutuam colant. Magistratum suum venerentur.

Cum utroque Consule, ac alii quidam Senatorii ordinis viri Senatu se abdicassent, et spontaneum exi-

lium

lium elegissent, nec sui copiam Reipubl: causa facerent, quam, vis saepe ad officium vocati sint, placuit, ut in horum locum alii substituantur, numerus, que Senatorum compleatur: maxime cum nunc intricatio-, nibus, perplexionibus causis Respub: involuta teneatur. Proinde die Iunae post Iereonis & Victoris, quae fuit 14. Octobris, in curiâ plebea comitia Ma-, gistratûs creandi gratiâ ha-, bita sunt, Quo cum Tribuni & Mechanicorum Praefecti, cum omnibus curialibus conve-, nissent, omnium votis decretum est, ut per suffragia Senatus perficiatur. Itaque igitur ad Senatorum curiam longo

ordine

ordine digressi, more majorum,
sed mutato tempore suffragatores
tribuum designantur

ex Tribu Martiniana
Petrum Nyenstinck et Herma-
num Kramven.

ex Tribu Lamber-
tina
Joannem Heggel, et N. Jo-
annem im Babreo fabrum

ex Tribu Ludgeriana
Hermannum Wesselhoe-
ver et Joannem Pechler

ex Tribu Aegidiana
Gerhardum Kippenbrock
et Hermannum Keiker.

ex Tribu Transflu-
viana
Antonium Brosenader.

ex Tribu Judefelda-
na
Henricum Kodem au-
rifabrum ...

Hi

Hi praestito jure jurando conclave Senatorium ingressi, cum 4. desiderent, Wilbrandus Blonies, Everwinus Droste, Bernardus de Limmer, et Hermannus Derde, in horum locum libera electione substituunt Antonium Jonas, Joannem Bostert, Henricum Fridag, et Joannem Balcet fabrum ferrarium.

Post aliquot dies 18. Octobris Senatus Principi respondet: se superioribus diebus Principis scripta de bonis civium suorum jure interceptos, et detentos agentia accepisse, pro beneficio autem responso se Principem nolle celare, quod et Legati Senatus, Tribunorum, et Mechanicorum Magistro-

rum

rum Wolbecam superioribus
diebus misi, Vicariis hujus Dio-
cesis, ac delecto Nobilitati re-
sponderint, se omni studio et
curâ laboraturos, ut eccle-
sia amoverentur, ac coremo-
nia templis restituerentur, et
aliquâ in parte Cæsarea Ma-
jestas offenderetur. Sed se hoc
minimè efficere potuisse, hoc
potissimum de causâ, quòd
Dnus Bernardus Lotman-
nus, primum suâ doctrinâ, de-
inde consilio et suffragio suo-
rum adjutus, abusuum quoque
articulos, qui Ecclesiam ali-
quandiu occupaverunt, Pa-
storibus, Sacellanis, et cle-
ri, qui templorum in urbe Mon-
Præfectis obtulerit, quibus
illi

illi nihil etiamnum respondeˉ
rint, neque eos sacris literis conˉ
vicerint; quamvis clerum Monˉ
articulorum istorum antiquoˉ
à dictis viris consecutum esse
intelligat; cùm ergo Senatus,
omnesque cives jura à privileˉ
gia suscepta; ubi è nunc; semˉ
per imploraverint, se ea, quæ
possint diligentiâ orare, ut
Princeps pro suâ clementiâ
omnia in melius interpretaˉ
tur, ac causam hanc concioˉ
natorum ac ceremoniarum
ad æquos Judices pervenireˉ si
nat, ac coram illis concionatoˉ
rum articuli in vulgus sparsi
discutiantur, et manifestis
scripturarum locis communiˉ

cantur

dantur, ac in religionis negotio certa formula componatur, cui tam Clerus, quam Laicus aequo jure pareat. Hoc quoque sepe tere, ut absoluto arresto cives bores suos recipiant, neque contra implorationem juris et privilegii in posterum graven tur. Sed contra omnem vim, et quotidianam injuriam defen dantur. Quid horum a Prin cipe sperandum sit, sibi respon dere Senatus petit.

Schedula

Huic literis Superioribus, Sche dula includitur, cujus exem plum fuit tale:

Praterea Reverend. Strinces cum ad Singulas nostra civi tatis

tatis curiae scripseris, respon-
sum earum, nobis ab ipsis de
more oblatum, unà cum literis
nostris tibi transmittitur, quod
te aquo mente laturum confi-
dimus, unde civium animos
facilè deprehendis. Datum
ut supra.

Responsio curiarum ad Principem 18. Octobris missa.

Scripta tua Reverendiss. et
Amplissimè Princeps ad
nos perlata, eâ, qua decuit,
veneratione, accepimus, legi-
mus et ex iis nos apud te in
suspicionem seditionis et re-
bellionis mota invidisse, et ad-
monitionis tuae contemptores,
senatuique nostro rebelles
cen-

cenſeri atque judicari, non ſine
ſummo animi moerore intelle-
ximus, neque tamen moeroris
noſtri cauſa eſt, quòd eorum
criminum, quæ nobis ſubjici-
untur, reos noſeſe profitemur,
atque ob id oppreſſionem, da-
demque nobis jure timeamus,
ſed ideo lugemus, quòd ſe quo-
rundam linguas intemperan-
tia rapi conſpicimus, et: ſi
dicere fas ſit: / à malevolis
et obtrectatoribus noſtris te
cogitata crimina defenſione
noſtri non admiſta in nos co-
gere. Scimus equidem, cùm
Princeps ſit benigni et chri-
ſtiani pectoris, ſe proprio
animi motu, hæc in nos con-

ſenſiſſe

finxisse, seu suggestione, hor-
tatu, et impulsu malevolorum
eò te indulum. Roga mus ita-
que, ut exsultationem nostram
adversùs impudentes calumni-
as, et falsas criminationes cle-
menter admitta, et de nobis
malè suspicari desinas, do-
nec causa utrimque probè exa-
tiatur. nam si adveritatis
et justitiæ normam causa
nostra exigatur, videbis nos
ab omni crimine suspicione
non solùm esse alienos, verùm
esse purgatissimos. Si verò
in hoc judicio causâ cedidere-
mus, poenas sceli nostri di-
gnas perpeti non detractabi-
mus. Cum verò ad te simus

delati,

delatæ: unde et hæc crimi-
suspitio nascatur nos in urbe
nostrâ Mon: Seditiosum schis-
ma, et factiosam motionem
præcaute incepisse, eandem-
que latissime propagasse.
Miramur profecto, quo jure, quâ
ratione illud nobis objicia-
tur; cùm hi neque Seditiosi,
neque Schismatici dici mere-
antur, qui omnia sua facta
divinarum literarum judi-
cio, et juris scripti decreto sub-
jiciant, imò qui cœpta sua
sacris literis, et rationi con-
formia esse, se probaturos
asserunt, quod si id minimè
præstare possunt, se recusa
sentient judicio obtempe-
raturos

raturos, & pœna commerika
censuram libenter subituros
recipiunt. Schismatici autem
et Seditiosi sunt, qui neglectis
divinis, naturalibus, et hu-
manis legibus, rem aliquam
suâ authoritate incipiunt,
inceptam modium tuentur.
Nos verò ejus animi nunquam
fuimus, ut quicquam commit-
tere velimus, quod Deo, honesta-
ti, atque justitiæ adversetur.
ideoque non temere juris &
æquitatis dictamen sæpibi,
mè & vivâ voce, & scriptis
imploraximus, non quidem
clam sed Scripto typis etiam
promulgato. Nec unius, aut
duorum, sed omnium Princi-
pum

pum, omnium populorum,
totius mundi, in nostrâ causâ
judicium optamus, semperque
optavimus. Si quisquam
non seditionis et schismatis
convicisset, ac nihilominus
in nostrâ opinione, nostroque
proposito pertinaces persti-
tissemus, nec admonitiones
salutares admisissemus, su-
spicione et culpâ criminis
non vacaremus. Nunc au-
tem criminis suspicione
non convincti, imò inauditi
involvimur, sed ea nos spes
et fiducia sustinet, quod
cepimus non solùm esse
æquitati et juri consonum,
sed et summè necessarium,
quod

quodque sine Divinæ Majestatis contemptu, & salutis nostræ dispendio deserere non possumus: nam sine prædicatione verbi Dei, gloria ejusdem negligitur, obscuratur, & paullatim è cordibus hominum ita evellitur, ut Christiani esse desinant. Satius igitur Christianum esse, omnia bona cum ipsâ quoque vitâ, si res poscat, per vim amittere, quàm à verbo Dei secessionem facere, ac contra Deum, proximum, que conscientiæ dictamen, in gratiâ cuiusquam admittere. Itaque Amplissimæ Primipilaris fa-

cile

cile agnoscis, quid nos au-
dendum constantiam in
re à nobis cepta adigat, qua
etiam, antequam Principatu
Monasio Tibi deferretur, obti-
nuimus: non igitur sugge-
stione malevolorum persuasu
existimabis, nos in contemptu
Tui, Senatusque nostri: qui-
bus post Deum primas obe-
dientiæ partes, quantum fie-
ri potest, Deo teste, tribui-
mus: / hanc rem cepisse,
cum eam: uti dictimus: /
piam, honestam, æquam,
et ad salutem esse necessari-
am judicemus. Quare
Te propter Deum rogamus,
ut hoc negotium ad animum
revoces,

revoces, et clementer intercipias,
interceptum ad æquos arbitros
pervenire sinas, ut adversus ma-
levolorum calumnias, qui nos
scismatis, et seditionis accusant,
justa nobis defensio pateat, et
admittatur, nam jus non dicat,
suspicionibus et præsumptioni-
bus quibus vis hominem con-
demnandum; sed ejus prius
manifestis probationibus
criminis reum peragendum.
Si autem Reverendiss. Prin-
ceps Tu, aut quispiam alius
liquidò probaverit, ecclesias-
rum nostrarum Dogma, aut
nostrum institutum vera
religioni, pietati, et hone-
stati adversari, illud subitò
averta-

aversari parati sumus. Nullam
enim aliam ob causam illud
defendimus, quàm quod pium
et salutare esse judicemus.
Cum ergo non contumaciter, ne-
que perfracte, aut pertinaci-
ter adversus Te steturi simus,
sed juris et aequitatis decretum
imploremus, certò confidimus.
Te ejus esse clementiæ, quo sine
causæ cognitione nos obruere,
et condemnare non velis.
Præterea Amplis. Princeps
quòd scribis Te nos principi-
um novissimo edicto jubente,
inobedientiæ nomine pro-
secturum, ne Tu, totaque Pro-
cefs Imperii indignationem
in Te provocet, atque ideo
concivium nostrorum bona

Te

se intercepisse, et arresto constrin-
xisse, cùm nondum rebelles et
seditiosi declarati simus, et
quidquid apud nos gestum sit,
ad fidei et religionis negotium
pertineat, quæ in cæsareo
mandato, et Imperii edicto,
cuique liberâ sub pœnâ violâ-
tæ pacis publicæ permittitur,
ex edicto igitur cæsareo, sine
causæ cognitione, nullam
nos opprimendi occasionem
se habere arbitramur. Peti-
mus igitur, ne nos, nostros,
que concives contra Imperii
publicam pacem degravari
simus, interceptaque bona
restitui jubeas, quidquid

jure

jure, sive adversus nos, sive pro nobis à competente judice pronunciatum fuerit, ni obse, qui parati sumus.

Deinde 23. Octobris, cùm 12 Senatores, plures enim plures præsentes erant: / Hen, ricus Rötgers, Melius Der, kee, Bernhardus Gräfer, Gerhardus Averhagen, Antonius Soras, Joannes Langerman, Hermanus Lilbecke, Casparus Schro, derfenn, Henricus Fridag, Joannes Walck, Caspar Sodevelt, et Henricus Acker, sön, consultandi causâ in conclave Senatorium conve, nibent,

nissent, ibi tum Tribuni, Mecha-
nicorum Praefecti, et quidam
è plebe delecti, circa horam
nonam Senatum adeunt, et de
concionatorum in tam popu-
losâ civitate penuriâ, et quod
transactioni per Annuentem
curiæ jussu Senatûs 15. Julii
subscripta non satisfiat, que-
runtur, plebem itaque à Sena-
tu petere, ne ista, quæ in tran-
actione comprehensa sunt,
negligantur.

Ad hæc præsentes Ja-
tres respondent: Senec in
minimo transactionem semel
initam violaturos; sed ea, quæ
coram Deo, et mundo pia, ju-
staque sint, acturos. Hac re-

responsione satiati recedunt. Verum plebs novis molitionibus semper intenta, nova commi-niscitur, qua iidem plebei Magistratus &c. in Senatu commemorant:

Plebis Querela I.

Primum plebem aegerri-mè ferre, Dominicos dominos sine justâ causâ infensissi-mos Reipubl. Monast. hostes esse factos, et ob sinceram Evangelii doctrinam, à Dno Bernhardo Rotmanno feliciter propagatam, urbe simul excessisse, cujus tamen Senatus, et tota fere Monast. Respubl. patrocinium et tute-

tutelam communi fovere tam diu Suscepit, donec Lotmannus Sacrâ Scriptura & veritate convictus sileat.

2.

Praterea clerum secu-
darium apud suum Episco-
pum caninam facundiam
petulanter exercuisse, & sine
ullâ præmonitione superio-
ribus meritis plebem hu-
jus impiè, turpiter, acerbeque
suggilâsse, traduxisse, atq;
accusâsse, quamvis plebs
illum scienti non commeruit,
Sed quidquid justitia & æqui-
tatis ratio suasisset, semper
se facturam receperit.

3.

3.

Neque se jam credere Consules ipsos Oberwinum Dro- sterre, atque Wilbrandum Klönies eâ suspicionis culpâ vacare, sed ipsos Cleri, rasegs turbæ partes fovere, invenisse posse deprehendi, quod superiori tempore à quibusdam Senatorii ordinis viris in pago quodam Hörsell sint admoniti, ut publici commodi et præstiti juramenti memores in urbem redeant, oblatis et susceptis honoribus fungantur officium suum citra suspicionis culpam administrent, neque vocationi divinæ refragentur, se, fu-

amque

amque posteritatem ab infa-
miâ, et quovis alio incommodo
vindicent. Si verò illis ita non-
dum sit deliberatum, et consti-
tutum, sibique non expedire
putent, unum mensem, quid
facturi sunt, ad deliberandum
habeant. Atque respondisse
dicuntur, intra mensis spatium
Non: nova in expectata fen-
sus. Cum itaque reditum
in hunc usque diem distule-
rint, et post dies aliquot, quàm
illud responderit, Episcopus
civium boves, aliaque bona
arresto intercepterit, ambigen-
dum non esse, quin clero,
raseque turbæ communi fore-
dere jungantur, civilisque
in-

incommodi sint consciī.

4.

Item Theodoricum à Neroeld Satrapam Wolbe, censem ratione prætensi arresti, cives ad peregrinum tribunal pertraxisse, & quamquam cives justa depulsione alie, nan digne fori exceptione usi sunt, nihilo tamen secus ipsum vi & non jure, in eo judicio, quod provocarit, actum esse

5.

Item Senatum Tribunis Mechanicorumque Magistris promisisse, se civitatis jura, privilegia, atque cives summo studio & conamine defen, surum; nunc vero cives lon,

ge

gè diversum experire, cùm li-
tibus peregrinis involrantur,
variisque incommodis affician-
tur; hinc nihil aliud plebem
deprehendere, quàm Magi-
stratûs impotentiam, et si
ex animo civium commoda
sitiat.

Plebis petitiones

Ut autem nunc deinceps exi-
tium, et interitus Reipublicæ
evitetur, plebem à Senatu
petere:

I

ut quingentos pedites
longo bellorum usu exercita-
tos in præsidium urbis, contra
Episcopi, rasæque turbæ im-
petum et violentiam subitò
conscribat, nam id plebi tol-
lera-

lerabilius esse, quàm si à suis infestis hostibus intra mœnia pro arbitrio, ad satietatem usque vexatur, bonis exuatur, et tandem ab iisdem in extremum vitæ periculum præcipitetur. Si verò hæc plebis petita Senatui molesta, ac difficilia esse videantur, cùm ærarium publicum eximiis urbis munitionibus erigendis exhaustum sit, plebem, etiamsi vires suas exuperet, de stipendio sollicitam fore.

2

Cum plebs animadvertat civitatis opes esse attentas, tas, parumque pecuniæ publicæ superesse, in rem civita-

tis

tis esse putat, ut Senatus ad duo millia aureorum, cuprampque monetam militum gratiâ cudat, cujus usus tantum sit intra moenia, donec maturo consilio aliunde pecunia comparetur, plebem cui certo constituisse, se vim sibi, bonisque suis illatam, nullo modo passuram, sed illam multorum etiam sanguine vindicaturam, quod Senatui penitus considendum relinquitur.

Porro et hoc petitur à plebe, ut clerus publicâ vigilum custodiâ sic in urbe coërceatur, ne se se portis efferat, sed communem fortunae aleam experiatur.

4.

Tandem ut Senatus clero, suisque foederatis serio edicat, et præcipiat: cùm sint accusatores et plebei mali authores: ut singulis mensibus 4: millia florenorum in usum stipendii pendant, donec impensis quoque refusis, omnia civium incommoda amoverant. Plebs enim à clero: quem intra suos muros non solùm patitur, verùm etiam tutatur: hæc fieri vult, et se adversùs inimicos suos, quantum omnipotens permiserit, ulciscitur.

Senatus post brevem deliberationem, se omnia pro utilitate Reipubl. esse

cturum respondet, sine tenui
ore sintolerabiliùs graventur
sumptibus, trecentos tantùm
millites urbi primùm sufficere
putat, quos intra dies paucos
conscribit, quibus Georgi-
um Kittanum, longo mi-
litiæ usu bene exercitatum
præficit, cuperamque mone-
tam cudit, 4. viros graves
ex suo corpore creat, qui vi-
cariam absentium consulum
operam sumunt, reliqua verò
à plebeo Magistratu ad-
juncta altius deliberanda
esse consulit, ne quid temere
actum existimetur.

Porro cum Princeps va-
nis oppidanorum scriptis,
verborumque variis anfra-
ctu-

ctibus se circumduci, et nihil
ominus illos propria authori-
tate ab ri quadam jurisdicti-
onem invadere suam, eamque
violare, neque ipsos etiam
admonitos, quidquam in in-
tegrum restituere, animadver-
tit. Eodem igitur jure sibi el
licere putavit. Itaque per
equites suos publicis itineri-
bus obsessis, commeatuque
interclusо ferociores factio-
sorum animos frangere, ipso-
rumque factum sine armis,
et sanguine debellare volens,
per totam Diœcesim quarum-
libet rerum annonam in
urbem transportari, civibus-
que illos proventus aut
reditus solvi vetat, ut

rerum

rerum necessariarum penuriâ
edoli, Principem agnoscant,
parere discant, intra suos li-
mites se contineant, septa sua
non transeant, in alterius ju-
risdictionem non temere se
ingerant, suis sine alterius
injuriâ utantur, ablata et
diruta restituant, officii sine
authoritate eorum, quorum
intererat, amotos revocent, et
in pristinum statum repo-
nant. Hoc cum Mona d.
agrè ferrent, absente Principe
ad Vicarios et Deputatos Dio-
cesis Wolbecæ collectos 30.
Octobris in hunc modum scri-
bunt: se intelligere vias
publicas per loricatos equites,
ita singulis diebus observari,

ut

ut nil annonæ ad necessarium
usum venale in civitatem ad-
vehatur, et id potissimum ex
oppido Volscano fieri, atque
idem illud oppidum ipsis cum
spoliis redeuntibus, quasi tu-
tum receptaculum petere, quod
minimè futurum sperabant, cum
eadem libertate et privilegio,
et sorte uberiori, quàm reliqui
Dioecesani sint condecorati. Se
itaque rogare, ut violatores ipsi
itinerum publicorum coerceantur, ne sibi aut querendi, aut
violenter ipsos opprimendi occa-
sio obtrudatur. Quid horum
futurum sit, responsum se
efflagitare.

ad hæc respondent
Si aliquid jussu Principis per
loricatos equites in vias pu-

Plinii

blicis sit designatum, quo Mo-
nast. sint offensi, se ignorare.
Si verò ipsum factum et circum-
stantiæ ejus sibi describantur,
se responsum legitimum daturos.
At si à Principe adversus cives
Monast. et bona ipsorum jure
aliquid sit inchoatum, se non
dubitare, quin causam ejus,
ea scriptis illius intellexerint,
eam se absente Principe mutare
non posse. Hæc pro petito re-
sponso habeant.

Hinc jussu Principis
Caspar Bodevels, Petrus
Greise, Joannes Rotermund,
Senior, ac junior, Joannes
Parentrioceus, Bernardus
Wenreken, Bernhardus
Schomaker, Henricus Re-

Re-

860.

Veter,, Albertus Bodeker, civis
à judicibus diversis Wolfbecano,
Tendenhorstano, Bodenfeldia-
no, Solgetano, Asschebergano,
ad diversa tribunalia tan-
quam seditionis capita, et
quòd recipiendo Lutheranos
Concionatores, contra Edictum
Cæsareæ Majestatis Norma-
tia 1521. editum, aliosque
Imperii et Principum re-
ctus, seu Statuta Augusta
& Fundelicorum promulgata
egerint, vocantur. Qui Se-
natui 2. Novembris supplic-
cant, ne ad externa judicia
contra antiquam Civium
libertatem pertrahantur,
sed coram suo judice qui-

bus

bus vis adversariis responsuros.
Senatus 3. Novembris ad
prædictos judices scribit, ut
dicas adversus aves suas scri-
ptas et ædita interdicere si-
nant, ne majoris incommodi
causam excitent.
Judices rescribunt: oportere,
se Principi parere, si quid ab
illo impetraverint, se ferre
posse.
Oppidani hoc responso
perfracto res, redditi crebri
armatorum eruptionibus e
pagis circumquaque ea, quæ
usum necessarium requi-
rebantur, in urbem transfe-
runt, simulque jubent, ut
agricolæ, non aliter, quàm
pacte,

hactenus, frumentum, ligna,
reliquaque ad usum quotidia-
num pertinentia sine metu
advehant, alioqui sine pretio
se allaturos. Quidquid praeter
ea inter vias deprehendunt, se-
cum portant: omnia jam
erant hostilia, omnia infesta,
omniaque ad manifestam
rim spectabant, in de tanta
fuit vicinorum ruricularum
trepidatio, ut etiam ad unius
urbani muris adventum for-
midarent, hostemque crepitu-
rum omnia adesse putarent,
metus itaque hostilis incur-
sionis edictum Principis
violavit.

Dum itaque hi expeditio-

nibus

nibus frequentibus sororum,
pati sunt, alia negotia sua
fidei in urbem, quàm latissimè
propagare contendunt. Nam
3. Novembris, quæ fuit Dominica
post omnium Sanctorum Lud-
gerus Thombrincke, Nicha-
el Scordinck, Hermannus
Sorrosartor, Paulus Zirsch,
et Antonius Hulvenarm,
Transfluriana Parochiæ,
dam à Nervelt Archi-
vestalem adeunt, petentes,
ut in gratiam parochiæ
Dionisium Simonium
Piestensem, et Godefri-
dum Stralenmium,
viros cùm doctrinâ, et spe-
cundiâ, tùm bonis moribus
et

et pietate eximios in Sacellanos, aliisque amotis adjiscat, se eam gratiam benevolentiam ad obsequio demereri semper velle.

Respondet Archivestalis virginum nomine, sibi à Principe et Decano suo, Domino Joanne Theodorico Hollmann Doctore, per literas petitum esse, ne vel concionatores novos, vel doctrinam seditio-nem spirantem, ullo modo recipiant, sed eritent, atque aversentur, neque se incon-sulto Decano absente audere quidquam innovare. Si verò sibi vis atque injuria eo nomine à quoquam infera-tur, eam se non solùm Deo

sed

Jo Sanguini Suo vindicandam relicturas, verùm etiam externis Principibus & toti mundo plebi, libus querimoniis exhibituras, unde omnes boni facilè intelli, gant, quâ pietate nostram re, ligionem propagare conemur.
Atque Ludgerus Thombrin, cte hoc f: inquit: / Scitote, quocun, que modo res evenerit, parochi, am duos Concionatores suis sumptibus ad tempus alere, decreibe. Interim Virgines hujus Dei atque responsioni reminiscantur. Itaque pro, priâ authoritate duos istos Concionatores collatis pecuniis conducunt, quos cum sati, osorum colluvie in templum deducunt, Suggestumque

his

his detractis catholicis com-
mittunt, hos cùm Archivestalij
alere recusaret, alebat enim
de more suos Sacellanos, neque
adhuc quotidianam sup-
peterent necessaria, ex linteo
carulei coloris sacculos pyra-
midatos consuunt, quos fur-
culis oblongis alligatos Lub-
bertus Lentinck, et Reinerus
Stell viri præ cæteris evan-
gelico Spiritu æstuantes, sub
concionibus circumferunt,
et in sustentationem concio-
natorum pecuniam hoc
fuco emendicant. Cùm au-
tem plerique tantâ avidi-
tate evangelicæ doctrinæ
intenti essent, ut acri on-
templandi studio impliciti,

in

in saporem propemodum inci-
derent; Ideo in Zonis saeculo-
rum universis seu dependenti-
bus tintinabula affigitur,
quorum tremulo concussu ad
orogandum excitentur. Mu-
lierculae quoque aliquot evan-
gelico Spiritu afflatae, quarum
praecipuae fuerunt Lentingi
ac Severini uxores per pa-
rochiam à subjectionis
emendicando tantum car-
nis, frumenti, butyri, can-
delarum, piscium fumato-
rum, ventoque indurato-
rum, linteorum, caseorum,
lignorum, aliarumque re-
rum necessarium collegerunt,
ut alterum cum conjuge

A

et quique liberis, alterum aeli-
bem et matrimonii expertem
satis molliter, et suaviter sa-
ginarent. Nefas enim habeba-
tur, illis alimentorum corpori
quidquam negare, qui glori-
am Dei propagarent, et evan-
gelico cibo nimis multorum
pascerent.

Senatus Acephalus in sum-
mas angustias adductus,
quid sibi pro pace publica
et arcesti solutione agendum
sit, haret. Crescit enim utrim-
que livor, et simultas, cum
Monasterienses nullas ne-
que Principis, neque Robi-
citatis admonitiones, neque
pacis leges, quantumvis tol-
lera-

lerabiles admitterent, neque
Princeps scriptis civitatis sin-
terpellatus, et caesarei decreti,
patriique privilegii admoni-
tus arestum solvi pateretur,
multis proinde modis consul-
tatur, rationesque queruntur
quibus Principi resisten-
dum sit, et arestum evanescat.
Placuit tandem ut speciale
mandatum adversus Prin-
cipem ed clerum ex judicio
camerae Imperialis impe-
retur. Hagae 27. octobris
adquendam magistrum
Franciscum Wernaeum, in
judicio Imperiali tunc tem-
poris degentem, cujus opera
Senatus illic utebatur, qui
etiam

etiam post obsidionem, in curia
Amanuensem ascitus est, à
Senatu in hunc modum scribi-
tur: Cum te non fugi-
at, quantum Episcopus Mon:
sudaverit, ut concionatoribus
amotis, ceremoniis profliga-
ta templis parochialibus
urbis restituerentur, qua
etiam Vicarii et militaris suo
diœcesis Mon: Senatui, Ci-
vibus, Mechanicorumque
Præfectis Woltbecam arcitus
proposuerunt, propositorum
exemplum Scriptum porrexe-
runt, cui Scriptis quoque
per Senatûs legatos respon-
sum fuit, simulque juris
publici, æquitatis, et æ-

Sarei

sarei mandati nuper passim
per Germaniam publicati
authoritas invocata fuit, cujus
etiam descriptum ad Archeti-
typum collatum tradebatur.
Verùm Princeps cæsareum
mandatum & nostram juris
imploratione contemnens,
per suos præfectos civium
quorundam bona, & bona
arresto intercipit. Scripsimus
autem, ut arestum intercidere
sinat, simulque privilegium
hujus patriæ, aliaque jura
imploramus, quæ omnia
Princeps in perniciem ci-
vium in ventos exculit.
Quare cùm neque Scriptis
nostris familiaribus, neque
ullis aliis modis ipsum a
cœpti-

coeptis suis morere, atque re-
trahere possumus, quam Cæ-
sa-
reis & publicis Cameræ Imperi-
alis mandatis. Mittimus
itaque tibi omnium actorum
exempla, ut, quid rei necessitas
postulet, videas, & doctorum
virorum maxime vero Joannis
Helffmanni juris Licentia-
ti adhibitis consiliis, Senatus,
Tribunorum, Mechanicorum
Magistrorum, omniumque
civium, & incolarum civitatis
Mon: nomine p. cùm consuli-
bus careamus: / contra Epis-
copum, Decanum, Capitulum,
militarem ordinem, omnes q3
Dioeceseos Monast. ordines
& Status, mandatum im-
petres, ne quis religionis,

coere-

ceremoniarum et concionato-
rum causâ adversùs civita-
tem Mon: incolasque ejus
ullam vim exerceat, ac per
idem mandatum omnibus
judiciis derogentur, bonum
ademptorum, aliarumque re-
rum arestarum authoritas
tollatur, et per Camera Impe-
rialis publicum nuncium
adversariis nostris denuncie-
tur. Datum Mon: ipso die
Severini 1532.

Scripsit quoque Senatus Ac-
ghalus ad Stellmannum,
ne suo consilio et ope in
gratiam Civitatis Francisco
Hernæo desit, ac ipso forte
absente consignatas litteras
ad Hernæum scriptas osti-
gnet,

gnet, & negotium omne matu-
ret.

Hi ergo pro mandato supplicant,
instant, urgent; Sed cùm Au-
gustissimus ille Judicum con-
sessus remitteretur, 26.
Septembris hoc eodem anno
adversùs eosdem in eadem
causa mandatum de cevisse.
eo civitatem uti debere exisli-
mat, donec in contumaciam
actori opus sit.

Interea Mon: hoc agunt, ut
quamplurimos suæ factionis
fautores habeant, præsidiis
que se undiquaque confir-
ment, quidcopo verò odium
& invidiam cumulent, itaq;
ad diversos Principes, Comites,
procerès & Respubl: Senatus

Ace-

Acephalus scribit.

Ill. Reverendiss. Herman-
num Episcopum Colonien-
sem in hunc modum 24.
Octobr. scribunt:

Reverendiss. in Christo
et Ampl. Princeps

Te scire optamus, quòd quidam
Sacellanus, nomine Bern-
hardus apud S. Mauritium
in prospectu urbis nostræ situm,
verbum Dei aliquamdiu po-
pulo annunciaverit; quem
magna civium, aliorumque
hominum turba secuta, con-
cionantem audiverit. Cum
verò illuc diutius non ferre-
tur, sed publica ibi defen-sio-
nis et pacis spe sibi adem-
pta in nostram urbem,

accitus, à populo ad concio-
nandi munus erectus est, hic
doctrinam suam in articulos
congestam, pastoribus, sacel-
lanis, Seminariis, Monachis,
aliisque ex clero viris doctis
obtulit, ac abillis, si ubi er-
raverit, emendationem po-
stulavit. Cùm autem hi qua-
si surda aure præterirent
nihil responderent; plebs
verbo Dei addicta, ardentius
ejus doctrinam amplexa
est, pluresque Concionatores
ad se vocavit, qui cæremoniis
quibusdam obsoletis, erectio-
ne aliquot piarum dotuerunt,
obtulerunt etiam pastoribus
et Sacellanis cæremonia-
rum abusus, quibus etiam
num

num nihil responsum est. Qua-
re veterum cæremoniarum abro-
gationem passi sumus, Scripsit
itaque Princeps noster ad Tribu-
nos, Mechanicorumque Præ-
fectos urbis nostræ, ut abactis
concionatoribus istis cæremo-
nias abolitas revocaremus, cui
si obediremus, multum Juda-
izinus. Sed cum doctrinæ arbi-
culi Rotmannici, abusuumque
veterum, à nemine sacris literis
sint convicti, quod Princeps
à nobis petivit, in hunc usque
diem efficii non potuit. Suppli-
camus ergo Principi, ut hæc
concionatorum, cæremoniarum,
que causâ æquis arbitris diri-
menda committere, et articuli
pastoribus exhibiti, Sacris

literis

literis dilucrentur. Implorauimus quoque juris communis et privilegii hujus patricæ æquitatem; his omnibus neglectis Princeps civium bona, præter spem omnium nostrorum intercepit. Hæc Reverendiss. Principi Se scire voluimus, simulq3 obsecramus, ut aut Scriptis, aut aliis remediis huic arresto medearis, efficiasque, ut causæ æquitas à justis judicibus discutiatur, ne jus, quod implorauimus, nobis denegetur.

Respondet Archiepiscopus 3 N: Octob.

Literas vestras accepi, quæ nunc contra morem majorum vestrorum solius Senatûs nomen, exclusis Consulibus circum-

cum ferant, vos dissidere dela-
rant, unde nihil aliud, quàm
pernitiosa seditio, et implaca-
bile odium subditorum contra
Magistratum consequi solet,
quæ vos pro modo eximii fave-
ris, quo semper vos persecutus
sum, quemque diuturnum fore
existimavi, summum mihi
animi dolorem peperit, quæ
enim commoda, quæve incom-
moda hinc insurgent, vobis pe-
nitus pensandum relinquo,
de meis subditis Italia audire
mihi ingratum esset, Quod
autem ad concionatorem attı-
net, qui populo verbum Dei
annunciaverit, articulosque
quosdam addiderit, non puto
illud ad institutum et præ-
scri-

Scriptum catholicæ Ecclesiæ factum esse, Id vos privatâ vestrâ authoritate, contra cæsareum edictum, contra Rom: Imperii Principumque pacta, contra antiquam, laudabilem, et à Majoribus derivatam christianæ Ecclesiæ consuetudinem, prædictum concionatorem in urbe vestrâ pertulisse, aures que vestras pruriente illi accomodâsse. Et cùm propositis suis articulis: ut scribitis: nihil responderetur, abrogationem cæremoniarum pro passo esse, quæ: si ad meliorem mentis partem rem exigatis: neque vobis, neque aliis licere facile judicabitis. Proinde non immer-

immerito / meo quidem judicio / vester Princeps ad resistendum vestris conatibus, commotus est, ut ut autem sit, cum me implo / retis, et fiduciam forte certam in me collocetis, vobis consuli / mus, ut seditionis affectu / si quem fortasse adversus Ma / gistratum vestrum concepistis / deposito ea sive in concionan / di functionibus, sive in mutan / di ceremoniis, sive aliis rebus, quibuscunque agatis quæ Cæsarei edictis, Imperii pum / que placitis, et catholicæ ecclesiæ ritibus conformia fuerint, ut omnis civilis motus, qui hinc pullulescere possit, evitetur, nihilominus tamen exemplum scripti vestri, Im / pe / rio

ipsi vestro mittam: Si qua-
cunque pro responso dederit
vobis significabo.

Ad hæc Senatus 8. Novemb.
rescribit, cum Archiepiscopus
sua Scripta non intelligere visus sit.

Responsum ad vestras literas
superiores de concionatore et
arresto per principem nostrum
nobis illato agentes accepimus,
legimus, et intelleximus.
Rogamus autem, ut pro cau-
sæ informatione ad concionato-
rem pertinentis clementer
hæc accipias. Cum Domi-
nus Bernhardus Rotman-
nus Sacellanus in templo
Mauritiano extra muros
urbis nostra verbum Dei con-
cionaretur, et populus fre-
quens ad audiendum illum
con-

confluaret, tandem Theodoricus
à Neroveld Satrapa Woltbe,
consilio eidem in urbem nostram
vocato securitatem publicam,
tutumque commeatum renun-
ciavit et ademit. Lotmannus
itaque hoc edicto territus ad
Mauritianos redire non au-
det, sed tutelâ ac libertate
urbis nostræ fretus, intra mœ-
nia nostra se cœrcet. Cùm
autem nulli flagitio capi-
tali obnoxius esset, jura civi-
tatis nostræ illi denegare
nequimus. Hic ergo ad concio-
nandum à populo concitatus
est, ut latius hæc superioribus
nostris literis declaravimus.
Porro quod scribis nostra
scripta, contra morem Ma-
joren

jorum nostrorum, solius Sena-
tûs nomine, exclusis consulibus
edita, adversùs Magistratum
seditionem et odium sapere.
Respondemus: nos Consules no-
stros à nobis non abegisse,
sed cùm illi à nobis recederent,
et omnem morimus lapidem,
nullique labori pepercimus,
nunc per legatos Senatorios,
nunc per familiares literas,
ut ad nos, munusque suum
reverterent. Sed frustra eos
labores in hunc usque diem
exantlavimus. Perendum
itaque erat, cujus medelam
invenire non potuimus.
Neque te à nobis, quasi se-
ditionem et discordiam
sapiat, objecturum speramus.

Iterum

Iterum ergo atque iterum supplicitèr petimus, ut pro nobis civibusque nostris apud Principem nostrum intercedas, ne implorationè juris et privilegiorum superioribus litteris factâ offendatur, sed eam in benigniorem partem interpretetur: Arestum, litesque in externis judiciis contra cives coeptas ne prosequatur, easque clementer intercidere patiatur. Et quidquid controversiæ concionatorum, aeremoniarumque nomine exortum sit, ad pacis sequestros referatur, simulque in religionis negotio certi aliquid constituatur, cui utrinque obediatur.

Schedula

886.

Schedula Superioribus his literis inclusa.

Præterea Reverendiss. Princeps non dubitamus, quin adhuc recenti tua memoriæ insideat, Cæsaræa Majestatis Edictum in causâ Religionis latum ponæ editum, omnibus passim per Germaniam, & in hac quoque Republicâ denunciatum esse. Rogamus itaque ut nostri causa apud Episcopum nostrum Scriptis tuis hoc efficere digneris, ne contra illud nos, cives que nostri degraventur.

Ad qua Archiepisc. 13. Novemb. respondet

Ad extrema mea Scripta responsum vestrum, quod de

de arresto, ac dissidio inter vos, Principemque vestrum gliscente egistis, accepi, satisfacturus igitur petitionibus vestris, exemplum priorum literarum vestrarum Principi vestro transmisi. Ad quas cùm nondum responderit, non est, quod me responsurum nunc expectetis. Verùm superiori meo Scripto insistentes, vobis iterum, iterumque exanimo consulo, ut audaci, et præsumptâ vestrâ authoritate depositâ; qua laudabili Majorum consuetudine adversatur; meis monitis acquiescatis, ne vos, vestrosque concives; qui mihi, subditisque meis mutua vicinitatis officia semper præstiterunt; in

excitu,

exitum præcipiteti, quàm
in re, si benè momenti morem
geseriti, mihi voluptatem,
vobis verò, vestrisque conciuibus
infinita commoda cumulabiti.

Ad Illustrem P. Hi.
LIPPUM Catto-
rum Principem 24.
Octob. Senatus accepta-
lus sic scribit...

Illustris Princeps cùm 20.
Julii ad nos perscripseris, quæ
à Concionatore pertinebant,
qui verbum Dei in nostrâ civi-
tate populo proponunt, et
descriptum autographi in
eadem causâ à Principem
nostrum mihi, acceperimus.
Cives nostri, qui Concionatori-
bus, et verbo Dei addicti sunt,
eam

eam fiduciam in scriptis suis
collocabant, ut sibi nihil mali me-
tuerent, sed tuto eorum doctrinæ
insistere et adhærere, eosque re-
tinere, sibi putarent licere.
Verùm scriptis suis Princeps
nobis præcipit, ut concionato-
ribus relegatis, antiquas tem-
plorum cæremonias, in pristi-
num dignitatis statum revo-
cemus. Cùm verò huic non
sit paritum, quorundam civi-
um nostrorum bona, aliaque
bona, imò ipsi quoque cives
arresto Principis nostro authore
intercepti sunt. Cives lacti
querelam ibi ad nos detuli-
ent, et arresti solutionem scri-
ptis nostris apud Principem
sedulò

sedulò egimus, ac jus publi-
cum, privatumque implorави-
mus; hæc autem omnia con-
tempotum negliguntur, imò
arctioribus arestis præter ex-
pectationem nostram resa-
guntur. Incitati proinde à
nostris civibus tibi hæc vul-
nera nostra delegimus, obse-
crantes, ut litera Tuæ apud
Principem pondus habuisse
intelligamus, aresto soluto
pristinam commeandi li-
bertatem recuperemus, et
concionatorum, ceremoni-
arum, articulorumque ab
ipsis conscriptorum causa
ab aquis arbitris cognosca-
tur, maximè ab iis, qui

Tibi

sibi sunt à Consiliis, quorum
præsentiam, consilium et pru-
dentiam in hac causâ; si suo
permissu, et authoritate fieri
possit; potissimùm optamus,
ut tandem publicâ pace fru-
antur.

Ad hæc Cattorū
Principes 3: Novemb:
Senatui respondet:

Scripta vestra ad me trans-
missa, quibus querimini, quū
incommodi vestris avibus ab
Episcopo Monast: propter
verbum Dei, et concionatores
vestros, supra ipsem et fidu-
am ex literis meis superioribus
conceptam, acciderit, atque
evenerit, accepi, quæ continuo
adjunctis Scriptis meis ad
Principem perlata sunt,
nec dubito, quin pacis con-
tractus

tractus libenter sit admissurus,
et arrestum, actionesque ce-
ptas clementer interim inter-
missurus. Ubi autem ipse
responderit, concordiæ amore
ductus, hanc controversiam
magnâ quidem meâ molestiâ
interciperiam. Diem consilio
maturè invicam, viros gra-
ves et prudentes, qui sunt
mihi à consiliis, mittam;
ut nullis laboribus par-
cant, si forte Dei benefi-
cio adjuti, pacem inter
vos conciliare queant.
Interea à vobis, vestrisque
concivibus familiariter
posco, ne nororum motuum
recentem causam in vos
concitetis.

Ex Hac Senatus 8: Novem.

Lite,

Literas Suas Illustris Prin-
cipis, eâ, quâ decuit, reverentia,
allatas amplexi sumus, ac
pro oblato nobis officio
gratias agimus, quam ma-
ximas; Tibique à nobis vi-
cissim plurimùm deberi pro-
fitemur, Sed non Te celabi-
mus, quòd dum nuncius no-
ster in itinere fuit, Principis
Præfecti ac Sograrii, Sorgo-
nii recentibus offensis non
irritati plurimùm incom-
modi civibus nostris intule-
rint. Quos ubi Imperii
Principem, in quem spem
nostram collocarimus, iterum
querimur Suppliciter de-
precantes, ut hæc res nostra
afflictissima Te moveant,

et

et Episcopum nostrum vel precibus, vel si sibi molestum non fuerit, praesentia Sua nostro nomine adoriaris, arrestum, jurisque actionem coepta vel intercidere, vel ad tempus suspendi clementer petiatur, causaque de sequestrorum cognitionem remittatur.

Ubi vero Philippus Illustris Cattorum Princeps ab Episcopo Monsi responsum semel, atque iterum accepisset; Senatui in haec verba 20. Novembris rescribit, Exemplumque Episcopalis responsionis sibi transmissa, literis suis implicat:

Litera

Litera Landgravii de 20: Novembr:

Ego quidem libenter amo, re pacis publice dissidium inter vos et Principem vestrum intercidere voluissem; verum cum Episcopus scribat: Dioeceſis ordines hoc idem à se Summis precibus contendisse p: sicut involutum Episcopalis responsionis exemplum docet: p: itaque Dioecesianos, quibus causa notior, quàm mihi, minori studio et labore turbatas res suae Dioeceſis composituros non dubito, vobis quoque gratificare volendi, vestro nomine ab Episcopo petivi, ut aerstum intercidere sinat.

Exem,

Exemplum Episcopalis responsionis literis superioribus involutum.

Cum scriptis tuis à me postulaveris, ut controversiam, quæ inter me et civitatem Monast: agitatur, Te authore intercidi patiar. Ubi autem universa Diœcesis Monast: magno studio idem jam dudum eflagitaverit, neque hoc Diœcesianis jure denegare potuerim; ideo eos in hac controversiâ disceptores esse passus sum, si verò in aliis et quidem majoribus Tibi gratificare quivero officio non defuero.

Senatus quoque nobilem

lem et ingenuum Comitē
Arnoldum Benthemen,
sem ac Steinfurdien sem
qui caput et orator est mi,
litaris ordinis in Diœcesi
Monast. nec non totum
Equestrem ordinem scri;
ptis suis in sui favorem
invitat, sibi injuriam fieri
querentur, maximè cùm
Articuli concionatorum
à Clero non sint consutati,
cùm se causam potius ad
Sequestres perferri cupiat.
Jus publicum et privatum,
privilegiumque Diœcesis
potissimùm imploret. Qui,
bus omnibus neglectis
Princeps civium bona
intercoeperit, Quantum

Dive,

Diœcesis ordinem nempe Eccl. publicam Monast. præter meritum labefactaverit. Se itaque effl agitare, ut militaris ordinis intercessione mitigatus, soluto aresto cœremoniarum et concionatorum causam discepatoribus dijudicandam committat.

Senatus Scriptum 24 Octobr: ad Clerū Primarium missum.

Cùm superioribus nostris literis significaverimus Principem per suos Præfectos civium boves in hac diœcesi aresto intercepisse, et vobis in hac causâ interpellatoribus usi sumus, responsumq; Principi

Principis nobis parum pro-
futurum, vestris literis inclu-
sum acceperimus. Rescripsi-
mus Principi nos in hac
causâ concionatorum et ce-
remoniarum hujus Patriæ
privilegium, et commune
aliorum ordinum judici-
um implorare. Verùm nil
nos egisse, comperimus, cùm
in dies arctioribus et pluri-
bus arestis interdictis et
interceptionibus non solum
civium bona, sed et ipsi
cives constringantur, quod
minimè speraßemus, qui
quartum hujus Diœcesis
ordinem constituimus. Cum
itaque à civibus nostris non
sitis offensi, ac vobis constet,

quod

quod nos tanquam quartus Dioeceſis ordo hujus regionis ſubitos, qui privilegium patriæ ignorabant, noſtro etiam magno malo aliquoties tentati ſimus, cujus exempla ante annos paucos acta, etiam nunc in hominum memoriâ exſtant, Hæc vobis familiariter ſignificare voluimus; ſimulque precamur, ut arreſtum Synodis interpellatis, ne juris imploratio et præſidium nobis denegetur, concionatorum et cæremoniarum cauſa aquis arbitris committatur, concionatorum articuli literis Sacris diluantur, ac certus in religionis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

I

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

JOH. Å KERSENBRUCK

HIST. ANAL. MONASTES.

VOLUM. I.

502.

Handschr.
502
fol.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN